7

CORPO DIPLOMATICO PORTUGUEZ

CONTENDO

OS ACTOS E RELAÇÕES POLITICAS E DIPLOMATICAS

DE PORTUGAL

COM AS DIVERSAS POTENCIAS DO MUNDO

CORPO DIPLOMATICO PORTUGUEZ

CONTENDO

OS ACTOS E RELAÇÕES POLITICAS E DIPLOMATICAS

DE PORTUGAL

COM AS DIVERSAS POTENCIAS DO MUNDO

DESDE O SECULO XVI ATÉ OS NOSSOS DIAS

PUBLICADO

DE

ORDEM DA ACADEMIA REAL DAS SCIENCIAS DE LISBOA

POR

JOSÉ DA SILVA MENDES LEAL

TOMO VII

LISBOA

TYPOGRAPHIA DA ACADEMIA REAL DAS SCIENCIAS

M DCCC LXXXIV

LIBRARY
AUG 21 1970
UNIVERSITY OF TORONTO
JX
821
A4
t.7

CORPO DIPLOMATICO PORTUGUEZ

RELAÇÕES COM A CURIA ROMANA

REINADO DE EL-REI D. JOÃO III

(CONTINUAÇÃO)

CORPO DIPLOMATICO PORTUGUEZ

RELAÇÕES COM A CURIA ROMANA

Procuração d'el-Rei ao commendador-mór e a Balthazar de Faria

1551—Janeiro 19

Johanes Dei gracia Rex Portugalie et Algarbiorum citra utraque mare in Africa dominus Guine ac Conquiste navigationis ac Comerci Ethiopie Arabie Persie atque Indie. Universis et singulis harum seriem inspecturis notum facio quod confisus de fide constancia et industria admodum nobilis ac spectabilis viri Alfonsi de Alemcrasto maioris preceptoris ordinis milicie Jesu Cristi in hiis regnis Portugalie et Algarbiorum dilecti consobrini ac consiliari mei et egregi doctoris et generosi militis dicte milicie Baltasaris de Faria nostre curie justicie expeditoris quos ad santissimum in Cristo patrem et beatissimum dominum Julium tercium divina providencia sancte romane et universalis ecclesie pontificem maximum et ad Santam Sedem Apostolicam oratores destinavi ipsos ex mea certa sciencia maturaque deliberatione conjuntim anbos et quemlibet eorum divisim et in solidum meliori forma via et modo quibus fieri potest tenore presentium facio et constituo meos veros subficientes legitimos spiciales et indubitatos procuratores videlicet absentes tamquam presentes ad hoc ut spicialiter et exprese anbo conjuntim vel quilibet eorum de per se possint meo nomine et pro mea persona illam obedienciam et reverenciam prestare et exhibere eidem Sanctissimo in Cristo patri ac beatissimo domino Julio tercio pontifici maximo nunc in Dei eclesia militante presidenti et ejus universali pastori quam ego ut rex et chatolicus princeps sacrosante matris ecclesie filius

obediens Santitati sue debeo et prestare teneor veluti Salvatoris et Domini Nostri Jesus Cristi vicario in t. . . . . vero beati Petri principis apostolorum subcesori et quam ego si personaliter interessem libentissime cum debita reverencia et humilitate prestarem et exhiberem promitens hiis litteris meis me prefatam obedienciam perpetuo integre servaturum quam dicti mei procuratores prestiterint vel eorum quilibet prestiterit acque si idem ego ipse personaliter prestitissem eamque gratam ratam validam et firmam habiturum et servaturum meque obediemtem Sue Sanctitate semper futurum prout regem et chatolicum principem sacrosante matris ecclesie filium decet morem regum catholicorum horum regnorum meorum progenitorum et antecesorum observando qui sumis pontificibus et appostolice Sedi hatenus semper obedienciam et reverenciam debitas exhibuerunt in quorum fidem et testimonium presentes litteras scribi et sigilo meo comuniri feci manuque mea subscripsi datas in villa mea de Almeirim die decima nona Januari anno a nativitate Domini milessimo quingentessimo quinquagessimo primo [1].

Bulla do papa Julio III a el-Rei

1551—Fevereiro 25

Julius episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Super specula militantis ecclesie meritis licet imparibus divina dispositione locati ad universas orbis provincias et loca presertim omnipotentis Dei misericordia per catholicos reges et principes ab infidelibus et barbaris nationibus recuperata et acquisita aciem nostre meditationis passim reflectimus et ut locis ipsis dignioribus titulis decoratis plantetur radicitus christiana religio et eorum incole ac habitatores venerabilium presulum doctrina et auctoritate suffulti proficiant semper in fide et quod in temporalibus sunt adepti non careant in spiritualibus incremento opem et operam libenter impendimus efficaces. Sane cum charissimus in Christo filius noster Johannes Portugallie et Algarbiorum Rex illustris Dei benignitate suaque et maiorum suorum virtute christiane religionis fines peramplius propagari volens regionem de Brasil a barbaris et gentilibus ac

[1] *Copia no* Arch. Nac., Collecç. de S. Vicente, Liv. 6. fol. 329.—*Nas costas:* Procuração pera a obediencia ao commendador Mor e Baltesar de Faria.

aliis feris nacionibus incultam dudum a clare memorie Emanuele olim Portugallie et Algarbiorum Rege ejus genitore debellari ceptam tandem post varios sudores et impensas propterea passos dicioni sue subegerit eamque ob illius magnitudinem et incolarum numerum in diversas prefecturas unicuique illarum quinquaginta leucas juxta morem illarum partium prope mare in longitudinem in latitudinem vero tot quot acquirererentur assignans diviserit ac inibi plures etiam parrochiales ecclesias et pleraque alia loca sacra in quibus misse et alia divina officia celebrantur edificari variosque predicatores et religiosos ad verbum Dei inibi seminandum et incolas predictos ad veritatis lumen reducendum transmitti curaverit ac in una ex prefecturis ipsis de Baya Omnium Sanctorum nuncupata unum oppidum civitatem nuncupatum Sancti Salvatoris in formam arcis ad Christi fidelium in eadem regione degentium tutelam et receptum idoneum plantaverit et oppidum ipsum in quo una sub invocatione ejusdem Sancti Salvatoris ecclesia ceteris inibi existentibus ecclesiis maior in qua misse et alia divina officia celebrantur ac ecclesiastica sacramenta administrantur consistit adeo fertilitate agri et aeris benignitate nobile ac populi frequentia et commertio notabile fore noscatur quod merito civitatis nomine et titulo decorari possit et debeat idque prefatus Johannes Rex necnon in dicta regione sue temporali ditioni ut prefertur subjecta illius gloriosissimi nominis cultum cujus est orbis terrarum et plenitudo ejus ac universi qui habitant in eo ampliare pio affectu desideret Nos attendentes reipublice christiane plurimum expedire in regione ipsa aliquem catholicum antistitem pro episcopalibus muneribus administrandis et ad Christi fidem venientes confirmandis existere habita super hiis cum venerabilibus fratribus nostris sancte romane ecclesie cardinalibus deliberatione matura de illorum consilio et potestatis plenitudine ipso Johanne Rege nobis super hoc per suas litteras humiliter supplicante oppidum predictum quod venerabili fratri nostro archiepiscopo Funchalensi in Insula de Madeyra metropolitico jure subesse dinoscitur et ab eadem insula plurimum distat ac cujus dilecti filii incole cum ejusdem insule habitatoribus modicum cum dilectis filiis communitate civitatis Ulixbonensis vero plurimum commertium habeat cum omnibus et singulis illius terminis territoriis castris villis et locis necnon clero populo et personis ac ecclesiis monasteriis et aliis piis locis ac beneficiis ecclesiasticis cum cura et sine cura secularibus et quorumvis ordinum regularibus infra limites inferius assignandos consistentibus a diocese Funchalense auctoritate apostolica tenore presentium

perpetuo separamus et dismembramus ac ab omni jurisdictione superioritate correctione dominio visitatione et potestate pro tempore existentis archiepiscopi et dilectorum filiorum capituli Funchalensis eorumque vicariorum et officialium quoad ea que legis metropolitane existunt et ad jus metropoliticum pertinent tantum necnon a quarumcumque decimarum et aliorum jurium eisdem archiepiscopo et capitolo per clerum et alios prefatos ratione legis metropolitane duntaxat debitorum solutione Ita quod archiepiscopus seu vicarii vel officiales predicti in oppidum terminos territorium castra villas et loca necnon clerum populum personas monasteria ecclesias beneficia et pia loca hujusmodi jurisdictionem aut superioritatem exercere aut in illis de hiis que ad eos ratione legis metropolitane hujusmodi pertinent se intromittere nullatenus possint auctoritate et tenore predictis penitus eximimus ac totaliter liberamus ac oppidum in civitatem et ecclesiam Sancti Salvatoris predicta in cathedralem ecclesiam sub eadem invocatione pro uno episcopo Sancti Salvatoris nuncupando qui eidem ecclesie presit et illius edificia ampliet ac ad formam cathedralis ecclesie redigat et in ea tot quot sibi videbitur dignitates ac canonicatus et prebendas aliaque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura que dicte ecclesie Sancti Salvatoris pro Dei servitio et Dei cultu videbuntur convenire de dicti Johannis .....silio erigat et instituat ac in civitate et diocesis predictis et donec alia cathedrales ecclesie inibi constructe fuerint in tota ipsa regione ac terris et insulis illi adjacentibus spiritualia prout pro divini cultus augmento et animarum salute.....overit conferat et seminet ac infideles ad orthodoxe fidei cultum convertat et conversos in eadem fide instruat et confirmet necnon episcopalem jurisdictionem auctoritatem et potestatem exercere ac omnia et singula alia que alii episcopi etiam regni et dominiorum Portugallie in suis ecclesiis civitatibus et diocesis seu alias facere possunt facere libere et licite possit et debeat et non Funchalensi predicto prout antea oppidum ipsum suberat sed Ulixbonensi archiepiscopo pro tempore existenti jure metropolitico subsit ac in ea sic erecta ecclesia episcopalem dignitatem cum sede preeminentiis honoribus privilegiis et facultatibus quibus alie cathedrales ecclesie hujusmodi de jure vel consuetudine aut alias utuntur potiuntur et gaudent ac uti potiri et gaudere possunt et poterunt quomodolibet in futurum necnon episcopali et capitulari mensis et aliis cathedralibus insigniis ad omnipotentis Dei laudem et ipsius Sancti Salvatoris honorem totiusque triumphantis ecclesie gloriam et fidei catholice exaltationem de

simili consilio apostolica auctoritate predicta erigimus et instituimus ac oppidum civitatis et ecclesiam Sancti Salvatoris cathedralis necnon incolas et habitatores hujusmodi civium nomine et honore decoramus, Ac eidem sic erecte ecclesie oppidum Sancti Salvatoris pro civitate et terminos ac territorium castra villas et loca infra quinquaginta in longitudine secundum mare in latitudinem vero viginti leucas similes juxta oppidum ipsum consistentia pro diocesi necnon ecclesiasticas pro clero ac seculares personas in oppido terminis territorio ac castris villis et locis predictis habitantes pro populo concedimus et assignamus, Ac civitatem diocesem clerum et populum hujusmodi episcopo Sancti Salvatoris quoad episcopalem et archiepiscopo Ulixbonensi pro tempore existentibus quoad metropolitani ordinariam jurisdictionem et superioritatem etiam perpetuo subiicimus necnon episcopali pro illius quingentos ducatos cruciatos nuncupatos ac capitulari mensis predictis pro ejus et dignitatum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum ut prefertur erigendorum et instituendorum dotibus eam pecuniarum summam quam pro illa obtinentium sustentatione necessariam esse eidem episcopo de simili ejusdem Johannis Regis qui militie Jesu Christi Cisterciensis ordinis perpetuus administrator in spiritualibus et temporalibus per sedem eandem deputatus existit et pro tempore existentis ipsius militie magistri seu administratori consilio visum fuerit ex decimis et juribus ad ipsum Johannem Regem tanquam ejusdem militie administratorem spectantibus in dicta regione consistentibus vel si aliqui fructus ex ipsa regione non colligantur ex bonis ad prefatum Johannem et pro tempore existentem Portugallie et Algarbiorum Regem aliunde spectantibus per eum quoad quingentos ducatos quo vero ad summam hujusmodi per pro tempore existentem dicte militie magistrum seu administratorem respective annis singulis in dicta civitate episcopo Sancti Salvatoris ac dignitates canonicatus et prebendas ac alia beneficia in ecclesia Sancti Salvatoris hujusmodi pro tempore obtinentibus persolvendis de simili fratrum consilio dicta apostolica auctoritate etiam perpetuo applicamus et appropriamus, Ita quod liceat eidem episcopo Sancti Salvatoris ac singulis dignitates canonicatus et prebendas ac alia beneficia in ecclesia Sancti Salvatoris hujusmodi pro tempore erecta et instituta assequentibus per se vel alium seu alios quingentos ducatos et summam hujusmodi propria auctoritate libere percipere ac in suos usus et utilitatem convertere Necnon jus patronatus et presentandi nobis et pro tempore existenti romani pontifici personam idoneam ad dictam ecclesiam Sancti Salvatoris

quotiens illam etiam hac prima vice pro tempore quovis modo etiam apud sedem predictam vacare contigerit per nos et romanum pontificem prefatum eidem ecclesie Sancti Salvatoris in episcopum preficiendam Johanni videlicet et pro tempore existenti regi prefato ad dignitates vero canonicatus et prebendas ac alia beneficia erigenda predicta quotiens illa etiam ut prefertur vacare contigerit personas idoneas per eundem episcopum ad presentationem hujusmodi instituendas pro tempore existenti magistro seu administratori militie hujusmodi de consilio et auctoritate premissis reservamus et concedimus Ac juspatronatus et presentandi hujusmodi illius omnino roboris essentie et efficacie cujus juspatronatus regum ex veris ac totalibus fundatione et dotatione existere ac regi et magistro seu administratori prefatis ita competere ac si illud ex ratione vere et totalis donationis competeret illique etiam per sedem eandem derogari non posse nec derogatum censeri nisi Johannis Regis ac magistri seu administratoris pro tempore existentium predictorum ad id expressus accedat assensus, Et sic per quoscunque quavis auctoritate fungentes judices et personas sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate et auctoritate judicari interpretari ac diffiniri debere irritum quoque et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari decernimus Et insuper dilecto filio Petro Ferdinandez clerico Elborensis diocesis baccalario in theologia de cujus persona nobis et eisdem fratribus nostris ob suorum exigentiam meritorum accepta eidem ecclesie Sancti Salvatoris ab ejus primeva erectione hujusmodi vacanti providere intendimus et pro tempore existenti episcopo Sancti Salvatoris quecunque statuta et ordinationes tam circa modum erigendi dignitates canonicatus et prebendas ac alia beneficia hujusmodi et illa pro tempore obtinentium vivendi formam ritum et normam quam divinorum officiorum in ecclesia ac illius civitate et diocesi predictis celebrationem et decantationem de simili Johannis Regis consilio condendi Illaque postquam condita fuerint alterandi et mutandi que postquam condita alterata et mutata fuerint eo ipso dicta auctoritate apostolica confirmata sint et esse censeantur auctoritate apostolica et tenore premissis facultatem concedimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre separationis dismembrationis exemptionis liberationis erectionis institutionis decorationis concessionum assignationis subjectionis applicationis appropriationis reservationis decreti et intentionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indi-

gnationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominice Millesimo quingentesimo quinquagesimo Quinto kalendas Martii Pontificatus nostri Anno Secundo [1].

Bulla do papa Julio III a el-Rei

1551 — Março 18

Julius episcopus servus servorum Dei Charissimo in Christo filio Johanni Portugallie et Algarbiorum Regi illustri salutem et apostolicam benedictionem. Hodie monasterio Sancti Petri de Ceite ordinis Sancti Benedicti Portugallensis diocesis tunc certo modo abbatis regimine destituto de persona dilecti filii Ludovici de Montoia ipsius monasterii abbatis nobis et fratribus nostris ob suorum exigentiam meritorum accepta de fratrum eorundem consilio auctoritate apostolica providimus ipsumque illi in abbatem prefecimus curam regimen et administrationem ipsius monasterii sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum itaque fili charissime sit virtutis opus Dei ministros benigno favore prosequi ac eos verbis et operibus pro Regis eterni gloria venerari, majestatem tuam rogamus et hortamur attente quatenus eundem Ludovicum abbatem et prefatum monasterium sue cure commissum habens pro nostra et apostolice sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis juribus suis sic ipsos benigni favoris auxilio prosequaris quod idem Ludovicus abbas in commisso sibi dicti monasterii regimine possit Deo propicio prosperari ac tibi exinde a Deo perennis vite premium et a nobis condigna proveniat actio gratiarum. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominice Millesimo quingentesimo quinquagesimo Quintodecimo kalendas Aprilis Pontificatus nostri Anno Secundo [2].

[1] Arch. Nac., Maç. 31 de Bullas, num. 1.
[2] Arch. Nac., Maç. 6 de Bullas, num. 25.

Breve do papa Julio III a el-Rei

1551 — Março 25

Julius Papa Tertius Ad futuram rei memoriam. Romani Pontificis providentia circumspecta nonnunquam gesta per predecessores suos precipue in christifidelium animarum periculum tendentia ne illorum pretextu preter mentem, et intentiones suas anime ipse illaqueari valeant delucidat et declarat prout negotiorum et rerum qualitate pensata id in Domino conspicit salubriter expedire alias siquidem postquam antea cum felicis recordationis Paulo Pape Tertio predecessori nostro plurium fide dignorum relatione innotuisset, quod in plerisque partibus regni Portugallie et aliis dominiis charissimo in Christo filio nostro tunc suo Joanni Portugallie et Algarbiorum Regi illustri mediate, vel immediate subjectis nonnulli ex hebraica perfidia ad Christi fidem conversi christiani novi nuncupati ad ritum judeorum a quo discesserunt redire et alii qui hebraicam sectam nunquam professi fuerant sed a parentibus jam christianis procreati erant ritum judeorum hujusmodi observare, ac alii lutheranam et mahumetanam, ac alias damnatas hereses, et errores sequi, ac sortilegia heresim manifeste sapientia instigante humani generis inimico committere non verebantur in gravissimam divine majestatis offensam et orthodoxe fidei scandalum, ac animarum salutis perniciem, et irreparabile detrimentum, ipseque predecessor tunc premissis occurrere volens prefato Joanne rege id instante venerabiles fratres Colimbriensem, ac Lamacensem, et Septensem episcopos nec non unum alium episcopum seu religiosum, vel clericum secularem in dignitate ecclesiastica constitutum per eundem Joannem regem pro tempore deputandum, et eorum singulos in suos et apostolice sedis commissarios, et super premissis inquisitores in regnis, ac dominiis predictis per quasdam sub plumbo constituerat, et deputaverat eisque diversas tunc expressas facultates concesserat, et deinde cum noviter ad fidem conversi predicti singulis diebus et horis contra prefactos generalem, et alios ab eo subdelegatos inquisitores et commissarios super eorum modo procedendi apud ipsum predecessorem conquerentur, et exclamarent ipseque predecessor comperuisset dilectum filium nostrum Henricum tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum presbiterum cardinalem infantem Portugallie nuncupatum in

generalem inquisitorem per eundem Joannem regem in vim primo dictarum literarum deputatum ipsum Henricum cardinalem generalem in dictis regno et dominiis inquisitorem deputavit, ac certas desuper facultates concessit et insuper certis de causis tunc expressis motus omnes et singulos utriusque sexus noviter conversos prefatos de premissis culpabiles aut suspectos eorumdem regni, et dominiorum ab omnibus et singulis per eos eatenus perpetratis etiam heresis ac ab eadem fide apostasiam blasphemiam et alios errores heresim sapientes criminibus et peccatis absolvit, ac Henrico cardinali, et aliis inquisitoribus predictis, ne contra eorundem conversorum procuratores aliquatenus procedere vel eos desuper molestare auderent vel presumerent sub certis etiam tunc expressis sententiis censuris et penis inhibuit per alias ejusdem in forma brevis literas prout in singulis literis predictis plenius continetur cum autem sicut accepimus plerique ex christianis novis rei *(?)* hebreorum stirpe descendentibus hujusmodi ad hoc ut a jurisdictione inquisitorum predictorum se eximere et in eorum judaismo perseverare libere valeant se eorundem christianorum novorum procuratores fecisse et illorum negocia gessisse asserant nonnulli vero negocia, et lites divĕrsorum de hujusmodi crimine suspectorum de novo suscipiant et exemptionis hujusmodi pretextu ad dictum ritum judeorum redire et alia heresim sapientia crimina committere non vereantur in divine majestatis offensam, et eorum animarum periculum, ac scandalum plurimorum nos attendentes prefati predecessoris verisimiliter intentionis nunquam fuisse per preinsertam inhibitionem, ac literas desuper confectas alios quam eos qui pro eisdem christianis novis in romana curia publice procuraverant a jurisdictione dictorum inquisitorum eximere premissis prout tenemur, et nostro incumbit officio remediis opportunis obviare volentes motu proprio non ad alicujus super hoc nobis oblate petitionis instantiam sed de nostra mera deliberatione inhibitionem predecessoris prefati, ac super ea confectas literas supradictas, quarum tenores ac si de verbo ad verbum insererentur presentibus pro expressis haberi volumus ad dilectos filios Petrum Furcado, et Didacum Antonii, ac Jacobum de Fonseca, et Alvarum Roderici, qui eorumdem christianorum novorum in dicta urbe ut accepimus procuratores fuerunt, et ad eorundem parentes uxores filios fratres et sorores soceros et ejus generos et nuras dumtaxat extendi, ipsisque et non aliis suffragari debere sicque in premissis per quoscumque judices, et commissarios quavis etiam apostolica auctoritate fungentes sublata eis quavis aliter judicandi facultate judicandum fore

auctoritate apostolica tenore presentium decernimus et declaramus non obstantibus inhibitione prefata, ac ultimo dictis literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Rome apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die xxv martii millesimo quingentesimo quinquagesimo primo. Pontificatus nostri Anno Secundo [1].

Breve do papa Julio III a el-Rei

1551 — Março 25

Julius papa III — Charissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Dudum felicis recordationis Paulo papa III praedecessori nostro pro parte tua exposito quod cum ecclesiasticae personae per te ad secularia officia regnorum et insularum ac aliorum locorum sub tuo dominio existentium pro tempore deputatae officia ipsa absque sedis apostolicae licentia exercere nequirent, tuaque pro eorundem regnorum salubri directione et quiete plurimum interesset officia ipsa per easdem personas exerceri, idem praedecessor tuis in ea parte supplicationibus inclinatus personis ecclesiasticis cujuscunque dignitatis status gradus ordinis vel conditionis existentibus per te ad quaevis secularia officia regnorum insularum et dominiorum praedictorum pro tempore deputatis, ut officia ipsa acceptare et regere, ac illorum tempore durante cognitioni et decisioni quaruncunque causarum et questionum criminalium contra quoscunque incumbere, et quibusvis negociis criminalibus se imiscere etiam si exinde ex illarum commissione aut jussione vel mandato per officiales justitiae seu alias quaecunque sanguinis effusio et mutilationes membrorum ac cedes hominum subsequerentur, dummodo a sententiis per se ipsos proferendis abstinerent, absque alicujus irregularitatis, seu inhabilitatis aut infamiae macula sive nota seu sententiarum censurarum et poenarum contra se in praemissis ingerentes latarum incursu libere et licite valerent, licentiam et facultatem concessit per suas in forma brevis litteras pro ut in illis plenius continetur. Cum autem sicut nobis nuper exponi fecisti, pro justitia sincerius et equa lance in regnis et dominiis tuis praedictis ministranda, tu ecclesiasticas

[1] Biblioth. d'Ajuda, Sym., tomo 38, pag. 394.

personas tam seculares quam regulares in consilio tuo plerunque assumere cogaris, et saepissime contingat in dicto tuo consilio de causis criminalibus tractari, dubitentque tales ecclesiasticae personae litteras supradictas ad eas non extendi, et propterea causarum criminalium hujusmodi decisioni ei consultationi intervenire licite non posse, Quare nobis humiliter supplicari fecisti, ut in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur in his per quae regnorum quorumlibet presertim eidem sedi apostolice devotorum salubri directioni et justitiae perfectae administrationi consulitur libenter assistimus, tuis in hac parte supplicationibus inclinati litteras praedictas illarum veriores tenores presentibus pro expressis habentes ad personas ecclesiasticas tam seculares quam cujusvis ordinis si alias cum eis ut extra eorum regularia loca et conventus permanere possint legitime sit dispensatum regulares quavis etiam pontificali dignitate fungentes in consilio tuo hujusmodi pro tempore existentes, Ita quod ipse in quibusvis causis tam criminalibus quam profanis et mixtis etiam poenam sanguinis concernentibus consulere et illarum prolationi decisioni et terminationi intervenire, ac earum vota praestare, dummodo per se ipsos ut praefertur, sententias non ferant, absque alicujus conscientiae scrupulo, aut irregularitatis nota seu censurae vel penae ecclesiasticae incursu libere et licite valeant auctoritate apostolica tenore presentium extendimus pariter et ampliamus, Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon omnibus illis quae in dictis litteris dictus praedecessor voluit non obstare, caeterisque contrariis quibuscunque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XXV Martii M.D.LI. Pontificatus nostri Anno Secundo.—*Rom. Amasaeus* [1].

Breve do papa Julio III

1551—Março 25

Julius papa III—Ad perpetuam rei memoriam. Illius qui in coelis est vices, licet immeriti, gerentes in terris ad ea potissimum intendere nos convenit, ut nostrae operationis ministerio in regnis et locis quibuslibet

[1] ARCH. NAC., Maç. 6 de Bullas, num. 6.—*Sobrescrito:* Charissimo in Christo filio nostro Joanni Portugalliae et Algarbiorum Regi Illustri.

justitia sublatis quibusvis abusibus et obstaculis unicuique ministretur ac scandalis et periculis obvietur, et propterea christifidelium presertim catholicorum principum vota ad hoc tendentia ad exauditionis gratiam libenter admittimus, ac alias desuper disponimus, prout etiam rerum et temporum qualitate ac mortalium indies crescente malitia pensatis id in Domino conspicimus salubriter expedire. Sanè charissimus in Christo filius noster Joannes Portugalliae et Algarbiorum Rex illustris per dilectum filium nobilem virum Balthasarem de Faria militem militiae Jesu Christi sub regula Cisterciensi utriusque juris doctorem ejus ad nos et sedem apostolicam oratorem nobis nuper exponi fecit quod licet privilegia et indulta ab eadem sede pro tempore emanata non ad inhoneste vivendum et impune delinquendum concessa esse credatur, prout nec sunt. Nihilominus in Portugalliae et Algarbiorum regnis et aliis dominiis et locis dicti Joannis Regis ditioni subjectis talis exolevit abusus quod illius incolae videntes officiales seculares regnorum et dominiorum hujusmodi ex ipsius Joannis Regis qui ad instar praedecessorum suorum Portugalliae et Algarbiorum Regum privilegia et libertates ecclesiasticas conservare continue studet ordinatione et mandato contra clericali caractere insignitos et in habitu et tonsura incedentes delicta et excessus quaecunque pro tempore perpetrantes procedere non audere, Quin imo eos ad forum ecclesiasticum remittere solitos esse, et locorum ordinarios circa delictorum punitionem mitius et benignius eisdem secularibus judicibus se gerere, et ab eis locum appellationi ad sedem eandem existere, sicque ipsorum debitam punitionem subterfugere et differre posse, ut laxatis habenis vivere et privilegio clericali gaudere valeant, se, eorumque filios vix septimum vel octavum annum attingentes clericali caractere diversimode insigniri facere procurant, ac sic insigniti variis exercitiis et artibus meccanicis et clericali ordini sive tonsurae non convenientibus incumbant, quorum numerus ita crevit quod fere medietas personarum ex dictis regnis originem ducentium eodem clericali caractere insignita de presenti reperitur, quorum ratione clericatus hujusmodi privilegiorum praetextu tam conjugati quam soluti in habitu et tonsura clericali non incedentes diversa crimina excessus et gravia enormia et atrocia delicta committere non expavescunt, et dum occasione criminum et delictorum ipsorum a judicibus secularibus molestantur ad forum ecclesiasticum recursum habent, propter quod saepissime delicta ipsa impunita remanent, ac maiora indies de novo committendi eis tribuitur occasio, in divinae majestatis offensam et clericalis ordinis ac ecclesiasticae

disciplinae vilipendium, et eorum animarum periculum, perniciosum quoque exemplum et scandalum plurimorum, et sicut eadem expositio subjungebat, si de cetero quod clericus bis per judices seculares ad forum ecclesiasticum ratione delictorum per eum perpetratorum remissus denuo delinquens per eosdem seculares judices puniri et castigari posset et deberet per nos statueretur et ordinaretur profecto et praemissis obviaretur, et regnorum et dominiorum eorundem paci et tranquillitati non modicum consuleretur. Quare idem Joannes Rex per dictum Balthasarem oratorem nobis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur attendentes privilegia et indulta apostolica clericorum hujusmodi non ad impune quin imo honeste et laudabiliter vivendum et liberius Altissimo famulandum concessa fuisse quodque privilegium meretur amittere qui concessa sibi abutitur potestate et dictis inconvenientibus obviare, ac paci tranquillitati et felici regimini regnorum et dominiorum praedictorum consulere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate apostolica tenore praesentium statuimus et ordinamus quod de cetero perpetuis futuris temporibus nullus clericus secularis clericali caractere et quattuor minoribus ordinibus duntaxat insignitus ex regnis et dominiis praedictis originem ducens vel inibi commorans qui in habitu clericali incedere non consueverit et bis per judices seculares occasione aliquorum criminum seu delictorum per eum commissorum ad forum ecclesiasticum pretextu clericalis caracteris et ordinum minorum hujusmodi remissus fuerit, si eum postmodum aliqua crimina excessus seu delicta committere contigerit, nisi de criminibus et delictis primo et secundo per eum perpetratis praedictis debite per judicem ecclesiasticum punitum ipsi seculares judices repererint ad eundem forum ecclesiasticum ulterius recursum habere possit, sed per eosdem judices seculares puniri corrigi et castigari valeat et debeat, Quodque si contigerit clericos seculares in habitu clericali ut praefertur incedere non solitos hujusmodi et ecclesiastica beneficia per annum ante delictorum hujusmodi perpetrationem non obtinentes etiam ad forum ecclesiasticum non remissos aliqua crimina excessus et delicta atrocia committere, et eos ita notorios facinorosos esse ut ad illorum impunitatem evitandam idem Joannes et pro tempore existens Portugalliae et Algarbiorum Rex eos ad forum eundem ecclesiasticum non remittendos sed per Joannem et pro tempore existentem Portugalliae et Algarbiorum Regem praefatos contra eos merito procedendum esse arbitrati fuerint, in quo ipsorum Joannis et pro tem-

pore existentis regum conscientiam oneramus ipsi Joannes et pro tempore existens rex per se ipsos taliter facinorosos juxta delictorum hujusmodi qualitatem debite punire corrigere et castigare, et si eis videbitur ad aliquas remotas partes in exilium perpetuum vel temporale transmittere libere et licite valeant in omnibus et per omnia perinde ac si clericali caractere insigniti et ad quattuor minores ordines promoti non essent ac propterea judices seculares necnon Joannem et pro tempore existentem Portugalliae et Algarbiorum Regem hujusmodi aliquam excommunicationis sententiam non incurrere, ac statutum et ordinationem hujusmodi, nec non presentes litteras sub nullis revocationibus suspensionibus limitationibus et quomodolibet contrariis dispositionibus a nobis et dicta sede apostolica pro tempore emanatis et emanandis minime compraehendi sed semper ab illis exceptas, et quoties opus fuerit, toties in pristinum et validissimum statum restitutas repositas et plenarie reintegratas esse et censeri ac de surreptionis vel obreptionis vitio seu intentionis defectu notari vel impugnari non posse, sed validas et efficaces existere, suosque plenarios effectus sortiri et inviolabiliter observari debere, Sique in praemissis omnibus et singulis per quoscunque judices et commissarios quavis etiam apostolica auctoritate fungentes etiam sanctae romanae ecclesiae cardinales et causarum palatii apostolici auditores, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate judicari et diffiniri debere, ac irritum et inane quicquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari decernimus. Quo circa venerabilibus fratribus Braccharensis Ulixbonensis et Elborensis archiepiscopis per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios praesentes litteras et in eis contenta quaecunque ubi et quando expedierit, ac quoties pro parte Joannis et pro tempore existentis regis et secularium officialium praefatorum fuerint requisiti solemniter publicantes, eisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes faciant auctoritate nostra litteras et in eis contenta hujusmodi plenum effectum sortiri, illisque omnes et singulos quos quomodolibet concernunt pacifice frui et gaudere, non permittentes quenquam contra litterarum earundem tenorem quomodolibet molestari impediri vel inquietari, contradictores quoslibet et rebelles per quascunque censuras et poenas ecclesiasticas ac alia juris opportuna remedia appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis servatis processibus censuras et poenas praedictas etiam iteratis vicibus aggra-

vando, invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis. Non obstantibus apostolicis ac in provincialibus et sinodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, necnon quibusvis privilegiis indultis et litteris apostolicis quibusvis personis cujuscunque qualitatis gradus ordinis et conditionis existentibus, sub quibusvis verborum formis et tenoribus, ac cum quibusvis clausulis et decretis etiam derogatoriarum derogatoriis in genere vel in specie contra praemissa per quoscunque romanos pontifices praedecessores nostros et nos ac dictam sedem quomodolibet etiam pluries concessis confirmatis et innovatis, quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis et individua ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quaevis alia expressio habenda aut exquisita forma servanda foret, et in eis caveatur expresse quod illis nullatenus derogari possit, illorum omnium tenores presentibus pro sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis, necnon modos et formas ad id servandos pro individuo servatis habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscunque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die xxv Martii M.D.LI. Pontificatus Nostri Anno Secundo.—*Rom. Amasaeus.* [1]

Carta da Rainha ao commendador-mór

1551

Comendador moor sobrinho etc. como aquele que muyto prezo. Depoys que vos partistes ategora tenho recebydo todas as cartas que me escrevestes polas quaaes me destes conta do subceso de vosso caminho, obediencia que destes ao santo padre com as rezões que a isso vos moveo, e o mays que pasastes, e polas delRey meu senhor soube tudo mais particularmente e receby contentamento de mo vos escreverdes, e muyto volo agradeço: e asy as cousas que me envyastes com o que eu folguey muyto por serem todas muyto boas e de muyto meu contentamento e as amostras das telas que me enviastes asy as douro como as de prata me pare-

[1] ARCH. NAC., Maç. 6 de Bullas, num. 7.

cerão muyto bem: encomendovos muyto que de cada huũa delas me envieys doze ou xv varas, e desta amostra de tela que aguora vos envio com esta me enviareys asy mesmo doze ou xv varas, e asy mesmo outras doze ou xv varas da mesma mostra tirando que omde entra roixo entre preto e em tudo o mays seja conforme a dita amostra.

Item vos envyo huũa amostra de trancadeiras estreitas douro e cor: muyto vos encomendo que conforme a ela me mandeys huum marco douro e seda de todas as cores que ouver, e o ouro seja muyto fino e o mais delguadesinho e brando que ser poder e das outras trancadeiras acustumadas de que vos não mando mostra por serem muyto usadas me mandareys dous marquos de ouro e seda de todas as cores que ouver, e o ouro seja fino e o mays delguadesinho e brando que poder ser e de ouro tal, e prata tal, me mandareys tres marcos de cada huum, e o ouro e prata seja muyto fino e muyto brandesinho.

Item asy mesmo vos envio outra mostra de telilha de prata se a laa ouver conforme aa dita amostra. Enviarmeys duas peeças douro, e outras duas de prata.

Item o ouro que me enviastes hera muyto bom, e folguey muyto com ele: do branco não tenho necesidade de mays: do outro me enviareys CLXX onças e seja muyto bom: e de prata me emviareys trinta onças tãobem muyto boa.

Item A mostra dos polvilhos me parecco muyto bem folguarey de me enviardes os que estiverem feytos porque eses abastarão por agora.

Comendador mor sobrinho. Eu desejo aver do santo padre huum breve de dispensaçam pera casarem alguũas damas de minha casa nos graaos de parentesco e afinidade contheudos na emformação que com esta vos envio posto que seja per direito prohibido na forma e pera o numero das pessoas que na dita enformação se conthem pollas rezões em elas declaradas: e asy de Sua Santidade me conceder huum confisionario com as mais graças faculdades e indulgencias que ate ora se concederão as rainhas e princezas: e pera mais enformaçam da forma em que queria que se expedise podereys tambem ver a dita enformaçam pera que asy se peça a Sua Santidade com as graças faculdades e indulgencias nela declaradas e com as mais com que se concedem os ditos confisionaryos as ditas rainhas e princesas.

E asy queria aver do santo padre huum indulto pera por ele poderem ser providos de beneficios eclesiasticos alguuns meus cappelães e pes-

soas ecclesiasticas de que tenho recebido serviço o qual queria que fose na forma e modo e para o numero das dignidades e beneficios que na dita enformação se contem que para vosa emformação vereys. No que vos encomendo que de minha parte faleys ao santo padre e lhe digaes que peço muyto por merce a Sua Santidade que me queira conceder o breve pera as ditas minhas damas ate o numero na dita enformação declarado poderem casar nos graaos de parentesco e afinidade contheudos na dita enformação posto que seja por direito prohibido. E direys a Sua Santidade que ja o papa Clemente me concedeo outro breve de dispensação pera certo numero de minhas damas casarem em graos prohibidos o qual se acabou. E pelas rezões na dita informação declaradas como vos bem sabeys pera poder casar as ditas damas tenho necesidade do dito breve de dispençasão de Sua Santidade. E asy lhe pedireys o dito confissionario e indulto pera alguuns meus capelães e pessoas ecclesiasticas de que tenho recebido serviços poderem ser providos das dignidades e beneficyos na dita informação declarada. E direys a Sua Santidade de minha parte que lhe peço muyto por merce que me queira conceder o dito indulto porque por eu ter poucos benefficios eclesiasticos de minha apresentação não poso gratificar a meus cappelães e pessoas eclesiasticas que me servem sem esta merce e ajuda de Sua Santidade. A qual eu confio e espero que Sua Santidade me faça e que ja o papa Clemente me concedeo outro indulto o qual ha muytos dias que se acabou: e eu não espero menos merces e favores de Sua Santidade mas atee confio que mayores me faça. E concedendo vos Sua Santidade o dito breve confisionario e indulto vos encomendo muyto que façays expedir de todo as provisões e bulas necesarias na milhor forma que se poderem fazer e mas envyeis o mais em breve que poderdes.

Destas cousas que me jaa tendes enviadas, e das que agora vos encomendo que me envieys me mandareys huum rol do que hũas e as outras custarão para todas mandar logo pagar e muyto vos encomendo que asy façaes porque em outras cousas mayores me quererey eu servir de vos e nestas não quero aceptar mays que o grande serviço que me fareys em procurardes que sejam todas muyto boas, o que sey bem que nam pode deixar de ser sem grande trabalho voso[1].

[1] *Minuta sem data, no* Arch. Nac., Collecç. de S. Vicente, Liv. 6. fol. 93.

Informação das cousas que a Rainha pede a Sua Santidade

1551

Emformaçam das cousas que ha rainha nossa senhora manda que de sua parte se peçam ao santo padre

Ha rainha nossa senhora traz em sua casa muitas damas filhas de nobres fidalgos e deseja de as casar com homeis fidalgos e nobres segundo calidade de suas pessoas e como convem a suas honrras: e por muitos dos fidalgos destes regnos serem parentes e afiis huuns dos outros em modo que nom podem hos filhos casar sem despensaçam he isto causa pera que sua alteza nom pode tam facilmente casar as dictas suas damas e donzelas que traz em sua casa, e por esta causa pedio ja sua alteza ao papa Clemente despensaçam pera certo numero de damas e molheres de sua casa poderem casar posto que fosem parentas ou afiis dos homeis com que casasem em certos graos, e elle lhe concedeo a dicta despensaçam o qual numero se acabou.

Pede agora sua alteza que Sua Santidade lhe conceda huum breve per que despense que quinze damas de sua alteza das que ora traz e tem ou ao diante tomar possam casar per licença de sua alteza com homeis seus parentes ou afiis posto que sejam parentes no 3.º grao de consamguinidade ou afinidade e posto que ambos os dictos inpedimentos concoram, a saber, consamguinidade e afinidade e asi ho possam fazer posto que sejam parentes e afiis no 3.º e quarto grao ou no quarto somente e posto que ambos os dictos inpedimentos tenham em cada huum dos dictos graos ou em ambos.

E asi lhe conceda que cinquo das dictas damas que ora tem ou ao diante tever possam casar com parentes ou afiis no segundo grao ou no 2º e terceiro e posto que ambos os dictos inpedimentos juntamente concoram casando com licença e vontade de sua alteza: e do segundo grao pede pera cinquo somente.

E peça se que as dictas pessoas possam casar asi as quinze como as cinquo livre e licitamente sem pedir mais pera isso outra licença ou dezpensaçam e sem por isso emcorerem em as penas e censuras do direito e

das constituiçois dos arcebispados e bispados donde forem diocesanos e que os matrimonios sejam valiossos asi como o foram sem antre as dictas molheres e seus maridos nom ouveram impedimento alguum e com as mais clausulas necesarias e oportunas.

Item pede sua alteza que Sua Santidade lhe conceda huum confesionario com as mais graças e indulgencias e faculdades que se deve conceder e na mais ampla e larga forma que atee ora se concederam a rainhas e princesas o qual sera pera sua alteza e pera vinte pessoas que sua alteza junta ou subcesivamente nomear e que falecendo hũa das pessoas nomeadas possa nomear outra e ham de gozar das graças do dicto confesionario sua alteza e elrei nosso senhor seu marido e seus filhos e filhas netos e netas e seus jamros e suas noras e irmãos asi os presentes como futuros e asi os maridos ou molheres das pessoas que sua alteza nomear e seus filhos e filhas netos ou netas e seus jamros ou noras e irmãos presentes e futuros.

E peça se que o confesor possa absollver sua alteza e as dictas pessoas dos cassos reservados a see appostolica tociens quociens se confesarem exceptis dos conteudos na bulla da Cea do Senhor e destes conteudos na dicta bula hũa vez no anno e estando em artigo de morte etiam si mors non sequatur.

Item que pasam casar em casa de sua *(sic)* e asi em casa das pessoas per sua alteza nomeadas seus filhos e filhas e netos e netas e seus criados e criadas e as mesmas pessoas publicamente e que os tais casamentos se possam fazer com todas as bençõis e ceremonias como se se fezem *(sic)* nas igrejas e sejam avidos como si publicamente e in facie ecclesie fossem fectos e asi que sua alteza e as dictas pessoas possam fazer baptizar per qualquer sacerdote seus filhos e filhas netos e netas que em suas casas lhe nacerem em suas cassas, e esto com as derogaçois do direito e das constituiçois dos bispados necesarias.

Item que possam ouvir misa e dezer se lhe em suas casas a que possam ser presentes seus filhos criados familiares e quaesquer outras pessoas posto que seja ante da menhaa ou depois do meo dia dum tamen sit perto da menhan e non posse *(sic)* de duas oras depois do meo dia e posto que seja em tempo de interdicto ou cesam a divinis e posto que seja em domingos e festas e que as que as misas em casa de sua alteza ou das dictas pessoas ouvirem nos domingos e festas cumpram como se as ouvisem em suas parochias onde sam obligados a ouvilas e nom possam

ser costrangidos a ir ouvir as dictas missas a suas parochias nem emcoram em pena algũa por as nom ir ouvir a suas parochias ouvindo as em casa de sua alteza ou das dictas pessoas nomeadas.

Item que visitando sua alteza ou as pessoas nomeadas huum altar de hũa igreja que escolherem ou de sua capela ou oratorio que teverem em sua casa e dezendo tres vezes o pater noster e ave maria e dando hũa esmola que quiserem a huum pobre ganhem todas as estaçois e indulgencias posto que sejam plenarias os dias que se ganham na cidade de Roma como os ganharam se pesoalmente foram as igrejas e cassas da dicta cidade de Roma asi de dentro dos muros da dicta cidade como de fora della. E todas as dictas staçois e indulgencias ganhem nos dictos dias visitando o dicto altar e dizendo as dictas oraçois e dando a dicta esmola.

Item que os dias que sua alteza e as dictas pessoas receberem o sancto sacramento da eucharistie o seu confesor lhe conceda indulgencia plenaria de todos seus pecados e sua alteza e as dictas pessoas a ganhem recebo *(sic)* o santo sacramento do corpo de nosso Senhor.

Item que possam os dias de jejuum que a igreja manda jejuar e na caresma, e os dias de jejuum de voto ou devaçam comer pela manhã ou a noite quaisquer fructas confeiçõis ou conservas posto que seja com pão pera refeiçam corporal e que por comer as dictas fructas confeiçõis e conservas d açuquere ou de mel pela menhãa ou a nocte nom sejam os tais jejuns quebrados.

Item que nos dictos dias de jejuum jejuando tendo algũa causa pera isso comendo hũa so vez possam comer carne e por comerem a dicta carne ovos leite queijos outras coussas de leite nom sejam os dictos gejuns quebrados e comendo nos dias da coresma ou de gejuum muitas vezes em modo que quebrem o gejuum ou nom gejuando posto que causa pera isso nom tenham dando hũa esmola qual quiserem a huum pobre satisfaçam asi como se o tal dia gejuaram.

Item que Sua Santidade faça participante a sua alteza e as dictas pessoas de todos os divinos oficios misas oraçois subfragios jejuuns deceplinas de todos os religiossos e religiossas dos moesteiros das quatro ordeis mendicantes e que o confesor que confesar sua alteza e os que confesarem as outras pessoas nomeadas as possam absollver de todos os crimes e pecados que podem os gerais e prelados das dictas ordees e seus deputados absollver os religiossos d ellas e conceder lhe as graças indul-

gencias que lhe podem conceder e isto cada vez que se confesarem sua alteza e as dictas pessoas.

Item que sua alteza com as molheres que ella quiser e com ate quinze homeis que com ella forem pera acompanhar as molheres que ella nomear com oito molheres que escolherem possam emtrar em quaisquer moesteiros de monjas e de freiras de quaisquer ordees posto que sejam de observancia de Santa Clara, e de qualquer outra muito estreita e apertada religião qualquer dia e tempo quantas vezes quiserem e possam de seus coros ouvir as misas e divinos oficios e emtrar em suas claustas capitulos e dormitorios, e possam comer com ellas e em seus refeitorios, e sem ellas dentro das clausuras dos dictos moesteiros dum tamen ibi non pernoctent.

Estas coussas se poem por lenbrança e porem estas e outras graças e indulgencias e faculdades se peçam e venham no cofesionario em modo que venha na mais larga forma e com as mais graças indulgencias e faculdades que ser poder porque as mais destas que se acima aponta vem em confesionarios que ha nestes regnos concedidos a algũas pessoas e sua alteza pede que o seu tenha mais graças como he muita rezam que seja e que Sua Santidade lho conceda pera o que se veram os confesionarios dados a outras Rainhas e princessas se os em Roma ouver ou os trelados delles.

Item porque a Rainha nossa senhora tem capelais que ha servem asi tem recebidos serviços de pessoas ecclesiasticas pessoas virtuosas e idoneas pera servirem quaisquer beneficios simplices e curados e conesias e dignidades de igrejas catredaes as quais deiam *(sic)* gratificar e que sejam providos de benificios segundo seus merecimentos e subficiencias que pera os reger tem o que nom podem fazer por ter poucos benificiados de sua presentaçam pera o que ja ouve outro indulto ho qual ja expirou e acabou e ouve efecto em parte ou em todo do papa Clemente.

Julius Papa III—Dilecte fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Cum sicut nobis nuper innotuit, licet tu, qui cardinalatus praefulges honore, in litteris indictionis aut reductionis sacri oecumenici generalis concilii, seu per nos ultimo loco factae novae monitionis praelatorum et aliorum concilio hujusmodi interesse debentium minime compraehendaris, et propterea ad civitatem Tridentini ubi concilium ipsum celebratur accedere non tenearis, Nihilominus quia alias dum in minoribus constitutus eras etiam forsan pluries et presertim cum de persona tua ecclesiae Elborensis cui adhuc ex dispensatione apostolica praeesse dignosceris apostolica auctoritate provisum fuit, ad concilium nisi legitimo detinereris impedimento accedere jurasti, perjurii reatum seu alias sententias censuras et poenas in litteris tam indictionis quam reductionis et monitionis hujusmodi contentas, si ad concilium ipsum non accedas incurrere formides, et licet tu per tuam ad cardinalatus dignitatem assumptionem à vinculo juramenti per te ut praefertur praestiti absolutus fueris tamen Nos conscientiae tuae in praemissis serenitati consulere volentes, circunspectioni Tuae quod ad civitatem et concilium hujusmodi non accedendo perjurii reatum aut sententias censuras et poenas hujusmodi minime incurras auctoritate apostolica, tenore presentium declaramus, tibique pariter concedimus et indulgemus, ac juramentum per te nobis et romanae ecclesiae de ad concilium toties quoties vocatus fores accedendo quomodolibet praestitum, quo ad hoc duntaxat tibi harum serie relaxamus, praemissis ac quibusvis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, caeterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die VII octobris M.D.LI. Pontificatus nostri Anno Secundo.—*Rom. Amasaeus* [1].

[1] ARCH. NAC., Maç. 6 de Bullas, num. 11.—*Sobrescrito:* Dilecto filio nostro Henrico tituli Sanctorum Quattuor Coronatorum Presbitero Cardinali Infanti Portugalliae nuncupato.

Breve do papa Julio III a el-Rei

1551—Outubro 7

Julius Papa III—Charissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Cum sicut nobis nuper exponi fecisti, licet venerabiles fratres moderni Lamacensis et Funchalensis ac Silvensis et Angransis episcopi cum diversis aliis personis Portugalliae et Algarbiorum regnorum ac aliorum dominiorum tuorum ad sacrum oecumenicum generale concilium per felicis recordationis Paulum papam III praedecessorem nostrum indictum et per nos postmodum ad civitatem Tridentini reductum accesserint seu de proximo accessuri sint, Nihilominus diversi alii metropolitanarum et aliarum cathedralium ecclesiarum regnorum et dominiorum tuorum praedictorum praesules tam senectute quam infirmitate aut paupertate vel alia legitima causa impediti ad illud accedere nequeant, et propterea super inde trepident, et perjurii reatum ac alias tam in ipsius praedecessoris super indictione quam diversis nostris super reductione et nova monitione praelatorum et aliorum concilio hujusmodi interesse debentium confectis litteris contentas poenas incurrere formident, nobis humiliter supplicari fecisti, ut praesulibus ut praefertur impeditis quod ad eandem civitatem Tridentini accedere, aut procuratorem ad se in eo excusandum et de eorum impedimento fidem legitimam faciendum constituere minime teneantur concedere, aliasque in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati, omnibus et singulis praesulibus ecclesiarum metropolitanarum et cathedralium regnorum et dominiorum tuorum hujusmodi senectute vel infirmitate aut paupertate vel quavis alia justa causa impeditis quod eorum impedimento durante ad civitatem praedictam accedere, aut procuratorem ad se in ipso concilio excusandum, et de eorum impedimento fidem legitimam faciendum constituere minime teneantur, nec ad id a quoquam inviti compelli possint, neque propterea perjurii reatum, aut poenas hujusmodi incurrant auctoritate apostolica per presentes concedimus et indulgemus, eisque et eorum singulis juramentum per eos nobis et eidem romanae ecclesiae de ad concilium toties quoties vocati forent accedendo quomodolibet praestitum ad effectum hujusmodi duntaxat harum serie

relaxamus, praemissis ac quibusvis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, caeterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die VII octobris M.D.LI. Pontificatus nostri Anno Secundo.—*Rom. Amasaeus*[1].

Breve do papa Julio III a el-Rei

1551—Outubro 7

Julius Papa III—Charissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Cum alias felicis recordationis Leo papa decimus praedecessor noster ad assidua bella quae clarae memoriae Emanuel Portugalliae et Algarbiorum Rex cum militibus militiae Jesu Christi Cisterciensis ordinis cujus perpetuus administrator in spiritualibus et temporalibus per sedem apostolicam deputatus existebat contra fidei catholicae hostes in non modicum christianorum commodum fortiter gesserat et totis viribus gerere intendebat debitum respectum habens, ut multiplicato militum hujusmodi numero, ipse Emanuel rex bellum adversus infideles eosdem majori robore prosequi posset, motu proprio tot praeceptorias dictae militiae quot infra terminum unius anni ex tunc computandum ipse Emanuel rex duceret exprimendas in militia hujusmodi erexerit, ac diversa bona et jura ad certam tunc expressam summam ascendentia, nonnullarum parrochialium ecclesiarum Portugalliae et Algarbiorum regnorum etiam infra certum tunc expressum terminum declarandarum reservata tamen pro singulis earundem ecclesiarum rectoribus saltem portione annua sexaginta ducatorum dismembraverit et separaverit, illaque sic dismembrata et separata praeceptoriis sic erectis praedictis proportionabiliter pro earum dotibus perpetuo applicaverit et appropriaverit, ac dicto Emanueli et pro tempore existenti Portugalliae et Algarbiorum regi singulos milites ad praeceptorias ipsas nominandi facultatem concesserit per quasdam, et deinde per alias ejus litteras portionem praedictam moderans ejus loco in nonnullis unam triginta quinque in aliis aliam quadraginta, in reliquis vero ecclesiis praedictis aliam quinquaginta ducatorum similium portiones

[1] ARCH. NAC., Maç. 6 de Bullas, num. 12.—*Sobrescrito:* Charissimo in Christo filio nostro Joanni Portugalliae et Algarbiorum Regi Illustri.

ex ecclesiarum earundem fructibus pro singulis illarum rectoribus reservaverit, prout in singulis litteris praedictis plenius continetur. Et sicut nobis nuper exponi fecisti, licet praeceptores seu milites praeceptorias ipsas pro tempore obtinentes et ad illas ut praefertur nominati bellis contra eosdem infideles pro tempore gerendis juxta erectionis hujusmodi tenorem interesse debeant, Nihilominus quia fructus redditus et proventus aliquarum ex parrochialibus ecclesiis hujusmodi adeo tenues existant quod illi deducta ex eis portione annua eisdem rectoribus ut praefertur reservata ad ipsorum praeceptorum sustentationem juxta eorum qui ut plurimum nobilibus parentibus orti et alias benemeriti existunt status et conditionis condecentiam non sufficiunt, quamplures ex dictis praeceptoribus bellis hujusmodi prout tenentur se accingere et illis interesse nequeant in non modicum Magestatis Tuae quae dictae militiae perpetuus administrator in eisdem spiritualibus et temporalibus per sedem eandem deputatus existit praejudicium verum si omnium et singularum praeceptoriarum dictae militiae quibus bona et jura parrochialium ecclesiarum hujusmodi ut praefertur applicata et appropriata fuerunt et quarum quidem singularum fructus redditus et proventus ducentorum et quinquaginta ducatorum auri largorum secundum communem aestimationem valorem annuum non excedunt, omnia et singula fructus redditus proventus jura obventiones et emolumenta deducta prius ex eis pro ipsarum parrochialium ecclesiarum rectoribus seu perpetuis vicariis portione annua centum ducatorum similium per eosdem rectores seu vicarios perpetuos annis singulis una cum oblationibus pee do altar et mam bejada nuncupatis propria auctoritate percipienda cum primum praeceptoriae ipsae vacaverint in expensas bellorum per te contra eosdem infideles pro tempore gerendorum arbitrio tuo converterentur, profecto bella ipsa diligentius et commodius gererentur, tuque exinde in bellorum hujusmodi supportandis oneribus aliquod susciperes relevamen, quare nobis humiliter supplicari fecisti, ut in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur quorum interest tam pium et laudabile opus opportuno auxilio confovere ipsarum litterarum veriores tenores praesentibus pro expressis habentes hujusmodi supplicationibus inclinati, tibi ut vita tua durante omnium et singularum praeceptoriarum dictae militiae quibus bona et jura parrochialium ecclesiarum hujusmodi ut praemittitur applicata et appropriata fuerunt, et quarum fructus redditus et proventus ducentorum et quinquaginta ducatorum similium secundum extimationem praedictam valorem

annuum non excedunt, omnia et singula fructus redditus proventus jura obventiones et emolumenta, deducta prius ex eis pro ipsarum parrochialium ecclesiarum rectoribus seu perpetuis vicariis portione annua centum ducatorum similium per eosdem rectores seu vicarios perpetuos annis singulis una cum oblationibus praedictis propria auctoritate percipienda cum primum praeceptoriae ipsae per cessum vel decessum seu quamvis aliam dimissionem vel amissionem illarum praeceptorum vacaverint per te vel alium seu alios propria auctoritate ordinarii loci vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita in expensas bellorum per te seu tuo nomine contra eosdem infideles tam terra quam mari gerendorum, et non alios usus convertenda super quo tuam conscientiam oneramus percipere et levare libere et licite valeas, Ita quod occurrente vacatione praeceptoriarum hujusmodi, alios milites seu praeceptores ad praeceptorias ipsas sic vacantes nominare minime tenearis, nec ad id a quoquam invitus cogi possis auctoritate apostolica tenore presentium concedimus et indulgemus. Quocirca venerabili fratri episcopo Colimbriensi, et dilectis filiis Ulixbonensis et Elborensis officialibus mandamus quatinus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios praesentes litteras et in eis contenta quaecunque ubi et quando opus fuerit, ac quoties pro parte tua desuper fuerint requisiti solemniter publicantes, tibique in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra Majestatem Tuam concessione et indulto ac aliis praemissis pacifice frui et gaudere, non permittentes te desuper per quoscunque quomodolibet indebite molestari, contradictores quoslibet et rebelles per censuras et poenas ecclesiasticas ac etiam pecuniarias eorum arbitrio moderandas et applicandas, aliaque opportuna juris remedia appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis servatis processibus censuras et poenas praedictas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis. Non obstantibus praemissis ac piae memoriae Bonifacii papae VIII etiam praedecessoris nostri de una et concilii generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium ad judicium non trahatur, et aliis apostolicis ac in provincialibus et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus ac dictae militiae etiam juramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis consuetudinibus stabilimentis usibus et naturis, privilegiis quoque indultis et litteris apostolicis eidem militiae et ejus magistro conventui et personis, ac quibusvis aliis

sub quibuscunque tenoribus et formis ac cum quibusvis clausulis et decretis concessis confirmatis et innovatis quibus omnibus illorum tenores ac si de verbo ad verbum insererentur praesentibus pro sufficienter expressis et insertis habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus contrariis quibuscunque. Aut si aliquibus communiter vel divisim a dicta sit sede indultum quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die VII octobris M.D.LI. Pontificatus nostri Anno Secundo.—*Rom. Amasaeus*[1].

Breve do papa Julio III a el-Rei

1551—Outubro 7

Julius Papa III—Charissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecisti quod licet alias in Portugalliae et Algarbiorum regnis Jesu Christi et Sancti Jacobi d'Espata ac de Avis Cisterciensis et Sancti Augustini ordinum militiae ac diversae illarum praeceptoriae pro praeceptoribus ad illas per pro tempore existentes militiarum hujusmodi magistros seu administratores nominandis qui contra mauros fidei catholicae hostes in limitibus dictorum regnorum degentes, ac nonnulla Hispaniarum civitates terras et loca eisdem regnis adjacentia tunc occupantes bellum gererent ac christifideles ab ipsis mauris defenderent et liberarent erectae ac nonnullis bonis et redditibus ad effectum praemissum dotatae fuerint, et praeceptoriarum hujusmodi praeceptores pro tempore existentes juxta erectionis hujusmodi tenorem bellis contra eosdem mauros pro tempore gestis interesse debeant et teneantur. Nihilominus dilecti filii moderni praeceptoriarum earundem praeceptores seu eorum aliqui non attendentes quod tu qui earundem militiarum administrator perpetuus in spiritualibus et temporalibus per sedem apostolicam deputatus existis pro Septensis et Tingensis civitatum Hispaniarum regnis

[1] ARCH. NAC., Maç. 6 de Bullas, num. 15.—*Sobrescrito:* Charissimo in Christo filio nostro Joanni Portugalliae et Algarbiorum Regi Illustri.

circumvicinarum ac oppidi de Mazaga in partibus Affricae consistentis per praedecessores tuos bello et armis ex eorundem maurorum manibus ereptorum, eorumque fortaliciorum defensione, ac incursionum ab eisdem mauris, eorumque complicibus in dictis regnis ipsorumque civitatum et oppidi districtibus pro tempore factarum repressione tam terra quam mari non modicas et continuas necessario subire cogeris expensas forsan sub praetextu quod mauri ipsi non solum ab ipsorum Portugalliae et Algarbiorum regnorum limitibus sed etiam a singulis aliis Hispaniarum partibus jam dudum penitus expulsi fuerint, bellis ipsis ut tenentur interesse aut Majestati Tuae in expensis ad bella hujusmodi necessariis ex fructibus dictarum praeceptoriarum contribuere non curant, in animarum suarum periculum et scandalum plurimorum, verum si statueretur et ordinaretur quod de caetero quibusvis dictarum militiarum praeceptoriis pro tempore vacantibus ipsarum militiarum fratres ad dictas praeceptorias per eandem Majestatem Tuam tam hactenus nominati quam in posterum nominandi, qui vigore nominationum hujusmodi et quorumvis provisionum per te eis de dictis praeceptoriis jam factarum et in futurum faciendarum dictas prae ceptorias assequentur, bellis hujusmodi ad ea juxta valorem fructuum earundem praeceptoriarum instructi interesse, aut decimam fructuum reddituum et proventuum praeceptoriarum praedictarum in expensas belli hujusmodi et non alios usus convertendam, prout eidem Majestati Tuae melius videbitur persolvere tenerentur, profecto ex onerationi conscientiae praeceptorum praedictorum consuleretur, et tu in supportandis dictorum bellorum oneribus aliquantulum sublevareris. Quare nobis humiliter supplicari fecisti, ut quod de cetero quibusvis dictarum militiarum praeceptoriis per cessum vel decessum seu quamvis aliam dimissionem vel amissionem, aut alias quomodolibet vacantibus fratres ad illas ut praefertur nominati et pro tempore nominandi qui vigore nominationum seu provisionum hujusmodi easdem praeceptorias assequentur bellis hujusmodi sive terra sive mari gerantur, personaliter ii videlicet quorum praeceptoriarum fructus redditus proventus jura obventiones et emolumenta ducentorum et quinquaginta ducatorum auri secundum communem extimationem valorem annuum non attingent. Cum uno equo vel cum duobus peditibus, alii vero quorum praeceptoriarum fructus redditus proventus jura obventiones et emolumenta ad valorem ducentorum et quinquaginta ducatorum hujusmodi ascendent, omnes equites si ad ducentos quinquaginta cum alio equite aut quattuor peditibus, si vero ad quingentos cum tribus

equitibus vel octo peditibus et si ad majorem summam eorum praeceptoriarum fructus redditus proventus jura obventiones et emolumenta annuatim ascendent pro singulis ducentis quinquaginta ducatis quibus eundem valorem quingentorum ducatorum excedent cum duobus equitibus vel quattuor peditibus eorum expensis bellis ipsis interesse et illis quandiu bella ipsa duraverint inservire, ac equites seu pedites praedictos manutenere. Ita quod quoties tibi visum fuerit praeceptores ipsi aut eorum aliqui ad dicta bella non accedant, sed loco sui equites vel pedites praefatos prout tu tunc ordinaveris ad bella ipsa eorum propriis expensis mittere, et in illis ut praefertur manutenere sint astricti, et ad id per eandem Majestatem tuam cogi et compelli possint, nec ipsi seu eorum aliqui propter praemissa ullo unquam tempore aliquod servitii meritum aut expensarum et laborum suorum satisfactionem ab eadem Majestate Tua seu quovis alio petere aut exigere valeant, vel si tibi melius visum fuerit decimam fructuum reddituum proventuum jurium obventionum et emolumentorum praeceptoriarum per eos pro tempore obtentarum in supportationem expensarum et onerum pro bellis hujusmodi necessariorum et non alios usus convertendam persolvere omnino teneantur, et obligati sint statuere et ordinare, aliasque in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur qui fideles ab infidelibus ubique protegi et defendi cupimus, hujusmodi supplicationibus inclinati, quod de cetero quandiu tu in humanis egeris quibusvis dictarum militiarum praeceptoriis ut praefertur vacantibus fratres ad illas tam hactenus nominati quam in posterum nominandi qui vigore nominationum seu provisionum hujusmodi easdem praeceptorias assequentur bellis hujusmodi tam terra quam mari pro tempore gerendis personaliter ii videlicet quorum praeceptoriarum fructus redditus proventus jura obventiones et emolumenta ducentorum et quinquaginta ducatorum auri secundum communem extimationem valorem annuum non attingent cum uno equo vel cum duobus peditibus alii vero quorum praeceptoriarum fructus redditus proventus jura obventiones et emolumenta ad valorem ducentorum et quinquaginta ducatorum hujusmodi ascendent omnes equites si ad ducentos quinquaginta cum alio equite aut quattuor peditibus si vero ad quingentos cum tribus equitibus vel octo peditibus, et si ad majorem summam eorum praeceptoriarum fructus redditus proventus jura obventiones et emolumenta annuatim ascendent pro singulis ducentis quinquaginta ducatis quibus eundem valorem quingentorum ducatorum excedent cum duobus equitibus vel quattuor peditibus

eorum expensis bellis ipsis interesse, et illis quandiu bella ipsa duraverint inservire, ac equites seu pedites praedictos manutenere, Ita quod quoties tibi visum fuerit praeceptores ipsi aut eorum aliqui ad dicta bella non accedant, sed loco sui equites vel pedites praefatos prout tu tunc ordinaveris ad bella ipsa eorum propriis expensis mittere, et in illis ut praefertur manutenere sint astricti, et ad id per eandem Majestatem Tuam cogi et compelli possint, nec ipsi seu eorum aliqui propter praemissa ullo unquam tempore aliquod servitii meritum aut expensarum et laborum suorum satisfactionem ab eadem Majestate Tua seu quovis alio petere aut exigere valeant, vel si tibi melius visum fuerit decimam fructuum reddituum et proventuum jurium obventionum ac emolumentorum praeceptoriarum per eos pro tempore obtentarum in supportationem expensarum et onerum pro bellis hujusmodi necessariorum et non alios usus super quo tuam conscientiam oneramus convertendam persolvere omnino teneantur et obligati existant apostolica auctoritate tenore praesentium statuimus et ordinamus. Ac tibi quod quandiu in humanis egeris ut praefertur omnes et singulos praeceptores praefatos ad bella ipsa ut praemittitur accedendum, ac equites et pedites praefatos conducendum seu eos manutenendum vel decimas praedictas pro supportatione onerum bellorum hujusmodi persolvendum sub privationis praeceptoriarum per eos pro tempore obtentarum et alias poenas etiam pecuniarias arbitrio tuo moderandas et applicandas cogere et compellere libere et licite possis auctoritate et tenore praedictis concedimus et indulgemus. Quocirca venerabili fratri archiepiscopo Ulixbonensi, et dilectis filiis Elborensi ac Colimbriensi officialibus mandamus quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios presentes litteras et in eis contenta quarumque ubi et quando opus fuerit, ac quoties pro parte tua desuper fuerint requisiti solenniter publicantes tibi in praemissis efficacis defensionis presidio assistentes faciant auctoritate nostra te statuto et ordinatione ac concessione et indulto praedictis pacifice frui et gaudere, non permittentes te desuper per quoscunque quomodolibet indebite molestari, contradictores quoslibet et rebelles per censuras et poenas ecclesiasticas ac etiam pecuniarias eorum arbitrio moderandas et applicandas, aliaque opportuna juris remedia appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis servatis processibus censuras et poenas praedictas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis. Non obstantibus praemissis ac piae memoriae Bonifatii papae VIII praedecessoris nostri de una

et concilii generalis de duabus dietis dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate presentium ad judicium non trahatur, et aliis apostolicis ac in provincialibus et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus ac dictarum militiarum etiam juramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis consuetudinibus stabilimentis usibus et naturis privilegiis quoque indultis et litteris apostolicis eisdem militiis earumque magistris conventibus et personis ac quibusvis aliis sub quibuscunque tenoribus et formis ac cum quibusvis clausulis et decretis concessis confirmatis et innovatis. Quibus omnibus illorum tenores ac si de verbo ad verbum insererentur presentibus pro sufficienter expressis et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus contrariis quibuscunque, Aut si aliquibus communiter vel divisim a dicta sit sede indultum quod interdici suspendi et excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die VII Octobris M.D.LI. Pontificatus nostri Anno Secundo. —*Rom. Amasaeus*[1].

Carta d'el-Rei ao commendador-mór

1551—Outubro 16

Comendador mor sobrinho amigo eu elrey vos invio muito saudar como aquelle que muito amo. Quanto mais vejo que se arruinão as cousas dentre o santo padre e elrey de França tanto mais presente tenho o que disso pode seguir a christandade o bem da qual claro esta que consiste na hunião dos principes christãos e como eu seja hum delles e so a quem fica a obrigação de procurar esta paz e louvores a nosso Senhor tão livre para isso como he resão que seja e dezejo de nesta materia fazer tudo o que nella for necessario e vendo como o santo padre he huma das

[1] ARCH. NAC., Maç. 6 de Bullas, num. 16.—*Sobrescrito:* Charissimo in Christo filio nostro Joanni Portugalliae et Algarbiorum Regi Illustri.

partes não me pode deixar de doer muito que requere *(?)* [1] que não queria dever ter outras senão as que convem ao nome de vigairo de Christo e que as suas cousas e rezois dellas ajão de ser tão justificadas como se deve crer de Sua Santidade todavia o fim he Parma e os meos são guerras na christandade e discordias antre os principes christãos della cousas mui improprias do que Sua Santidade representa na terra pelo que me pareceo deverlhe mandar lembrar a obrigação que tem de querer atalhar a tamanhos males e portanto depois de lhe dardes esta minha carta que he somente de crença lhe direis de minha parte que eu tenho sabido algumas cousas das que são passadas entre elle e elrei de França as quais por serem em tão grande danno da christandade não posso deixar de sentir tanto como he rezão e que ainda que eu não saiba em serto as rezois porque Sua Santidade se move a esta guerra e diferença de entre elle e elrey de França todavia não me parece que entre elle pode haver cousa tão importante nem respeito tão grande que não seja muito maior o que deve ter ao lugar em que o Deus pos o qual nenhuma cousa mais encomendou que o amor e paz nem lhe veio obrigação de por outra alguma Sua Santidade dever fazer mais particular sua que pode haver e ainda em tempos inquietos era muy necessario que Sua Santidade o fizesse assi quanto mais em tempos tão revoltos de tantas eregias e de tantos males de imigos tão poderosos e que tanto hão de folgar com as disençõis dos principes da christandade que são os que delles a hão de defender mayormente vendo que quem os a de hunir e conservar he aquelle mesmo em cujo nome as armas por huma parte se tomão pelo que pesso muito effectuosamente a Sua Santidade queira tudo conciderar e olhar bem a conta que de si a de dar a Deus e queira antes perder de sua aução posto que justa pois que assi he de crer que devem ser todas as suas que dar occasião a tantas mortes e tantos males como se podem seguir desta guerra impidindo o que a christandade tanto neste tempo convem que he o socego e paz nella e dilatando o proseguimento do sagrado concilio que não pode ser possivel fazerse avem*do* guerra e que estime mais poderse em tudo chamar pay piadoso que pay de vinganças e conforme a isto queira obrar nesta materia não somente desistindo do que a elle particularmente toca mas fazendo aos outros desistir do que lhe tambem tocar e uzar para concerto destas cousas de outros meios que não seja guerra

[1] *No* Ms. B-17-5 *lê-se* que he parte

os quaes nosso Senhor ajudara vendo a tenção com que se buscão e que lhe peso muito por merce que me receba estas lembranças como eu espero pois lhas faço com o amor de proprio filho e com a obrigação que por tal lhe tenho.

Do que vos responder me avizareis e assi de tudo o mais que souberdes dessa materia. Esprita em Enxobregas a 16 de outubro de 1551 [1].

Carta d'el-Rei ao papa

1551—Outubro 16

Muito santo em Christo padre e muito bem aventurado senhor o vosso devoto e obediente filho D. João por graça de Deus rey de Portugal etc. com toda a humildade invio beijar seus sanctos pees. Muito sancto em Christo padre e muito bem aventurado senhor eu mando ao commendador mor meu muito amado sobrinho e meu embaixador que de minha parte fale a Vossa Santidade algumas couzas que muito importão ao serviço de nosso Senhor e bem da christandade; pesso muito por merce a Vossa Santidade que o queira ouvir e dar inteiro credito no que receberey de Vossa Santidade muy singular merce. Muito sancto em Christo padre e muito bem aventurado senhor nosso Senhor por muy longos tempos conserve Vossa Santidade em seu sancto serviço. Esprita em Enxobregas a 16 de outubro de 1551 [2].

Carta d'el-Rei ao papa

1551—Outubro 17

Muito sancto etc. Recebi o breve de Vossa Santidade por Miser Raphael seu camareiro secreto e assi a bulla da hunião dos mestrados de Christo S. Tiago e Avis a coroa destes meus reinos e ainda que os grandes serviços feitos pelos reis delles a sancta see apostolica mereção semilhantes merces todavia o modo em que a Vossa Sanctidade aprouve ma fazer e a qualidade della tenho eu na estima e valor que he rezão dezejando não somente continuar nesta tão antigua obediencia mas ainda ofe-

[1] Biblioth. da Acad. R. das Sc., Relações de Pero d Alcaçova Carneiro, pag. 501, e Biblioth. Nac., Ms. B-17-5, pag. 765.

[2] Biblioth. da Acad. R. das Sc., Relações de Pero d Alcaçova Carneiro, pag. 503, e Biblioth. Nac., Ms. B-17-5, pag. 768.

receren se em tempos de Vossa Sanctidade (que prazera a nosso Senhor que serão tão largos como desejo) ocaziois de lhe poder fazer os serviços que lhe eu queria e mostrar nas obras o conhecimento que tenho das que recebo de Vossa Sanctidade nas quais assi como he servido de n ellas me querer mostrar o amor que me tem assi desejo que Vossa Sanctidade possa conhecer nas minhas a afeição particular que lhe tenho da qual e da minha vontade confiado são que Vossa Sanctidade esta muy serto. Quanto as cousas da paz em que me toca n este seu breve respondendo ao que lhe n ella mandei falar pelo commendador mor nosso Senhor sabe que nunca procurei n isto senão cumprir com o que são obrigado como principe christão e membro da christandade a qual esta em tamanho perigo como Vossa Santidade pela pouca que se agora tem de paz e conformidade n ella *(sic)* prazera a nosso Senhor que se lembrara da necessidade em que esta e dara a isto o remedio que a seu serviço e ao bem d ella sabe que convem e nunca se offrecera ser necessario entender eu n isso que o não faça com tanto contentamento e desejo de aproveitar quanto devo e são obrigado em materia de tanta importancia, porque hum dos meios mais necessarios a este fim he o sagrado concilio, pesso muito effectuosamente a Vossa Sanctidade queira por todas as vias que se prosiga no effeito d elle, o que não somente lhe sera de grande merecimento ante Deus mas ainda no mundo hum louvor tal qual se deve a huma obra tão sancta e necessaria e de tanta sua obrigação. O que me diz acerca do reverendissimo cardeal Sam vitalo *(?)* folguei muito de ver e ainda que sua pessoa eu não tivera o conceito que claramente *(sic)* nem parecera que as suas obras nas minhas cousas poderião nunca deixar de ser outras senão as que eu d elle devo esperar pois mui serto tenho que ante Vossa Santidade nunca poderão ser por alguma pessoa apresentadas senão quais ellas são. Eu lhe tenho muito boa vontade e agora folgarei de lh a ter melhor porque Vossa Santidade d elle me escreve. Muito sancto em Christo padre e muito bem aventurado senhor noso Senhor por muitos tempos conserve a Vossa Sanctidade em seu sancto serviço. Esprita em Enxobregas a 17 de outubro de 1551 [1].

[1] Biblioth. da Acad. R. das Sc., Relações de Pero d Alcaçova Carneiro, pag. 507, e Biblioth. Nac., Ms. B-17-5, pag. 775.

Logo em seguida lê-se esta nota: A este camareiro deu Elrei nosso Senhor e lhe fez merce de 200$ reis de tença em sua vida por lhe trazer a dita bulla da união dos ditos mestrados em perpetuo á coroa d estes reinos.

Carta do commendador-mór a el-Rei

1551 — Novembro 1

Senhor—Pollo correo moor screvi a Vossa Alteza parecendo me que por Montepulchano me pedir que quisesse que huum seu criado que ora esta em Genova levasse ho despacho dos mestrados a que lhe eu fui a mão por me parecer que era por em obrigação Vossa Alteza de lhe fazer merçe, e com dahi a dous dias ho ver partir pera Genova me pareceo que era furtar me ha parada e levando as graças de Vossa Alteza tomallo desapercebido como lhe screvi e me pareceo que era bem despachar ho correo moor com toda furia e ainda que no modo do screver errey não me pesa ter avisado Vossa Alteza no que tocca a decima pera que me mande avisar ho que ha por seu serviço porque creo bem que com quanto seu criado esta em Genova cobrando ha prata que ho emperador mandou dar ao papa em paguo do dinheiro que lhe empresta, todavia bem creo que deve ter avisado ho nuntio, e aguora acabei de saber que ho correo moor se embarcara em huma naoo a 4 do passado. Creo que ja la sera ou outras cartas duplicadas que lhe dey pera se mandarem de Genova.

Depois pollo ordinairo passado emviey a Vossa Alteza ha solivição das cinquo ou seis commendas que tinha dadas a filhos de comendadores.

E assy lhe emviey tambem dous breves sobre Lorvão huum pera Vossa Alteza e outro pera o arcebispo de Braga por saber que Luis Pereira tinha empetrados outros do papa e aguora tem tirado commissão pera proceder nas executoriays e lhe tenho ydo a mão ate guora e nisto tem Montepulchano servido muy bem Vossa Alteza porque ho papa foi a Malhana tres ou quatro dias e nestes ho soube e lhe mandey huum recado e elle fez nisso loguo muy boa diligentia porque elles guardarão sse pera quando ho papa fosse fora. E certo que em tudo que eu nelle vejo poem muita diligentia em qualquer cousa de serviço de Vossa Alteza e deve lhe de mandar agardecimentos e nisso fara seu serviço porque isto hee ho que eu vejo e ho al me dizem e sospeito, porem ho milhor hee desimular com elle, porque alem de valer mais que todos com ho papa, se spera que seja cardeal huum dia destes e tanto que se cuidou esta sesta feira passada ho fosse e havia ja muitas armas suas pintadas com

ho capello por esta cidade e recebe ja os prol faças. E creo eu que se ho cardeal de Carpi não viera, elle fora emviado ao emperador por legado e lhe derão ho capello, mas Carpi deseja tanto yr que acodio de Frescada de donde estava per amor da sua quartãa e se faz ja são della por lhe estorvar esta jornada.

E se todavia Montepulchano for então spero apertar ho negocio da inquisição pera provar se lhe posso dar fim.

Acerca do que tenho scrito a Vossa Alteza da decima que ho papa quer, me fara merce responderme pera saber como me ca ey de governar neste negotio.

Tambem veja Vossa Alteza se sera seu serviço fallando na legatia do cardeal de que Vossa Alteza diz que ho papa tenha la collector, se sera bom quando outro remedio não ouver, acceitalla por tempo e fazer alguum partido a dinheiro pellos direitos que podem pertencer a see apostolica porque segundo as necessidades ca vão a mim me parece que todo negocio em que emtrar dinheiro se fara bem se me não emganno, porque esta caa tudo muy delguado, por não virem expedições de França se não hee alguma que por favor elrey deixa vir, por isso se Vossa Alteza determina de fazer alguum negocio pollo tempo adiante desta qualidade, meu parecer seria que ho mandasse aguora em quanto esta guerra dura, porque tenho eu que ho que se aguora não fizer, não se fara milhor em outro tempo e se Vossa Alteza ho assim determinar, não deve tardar e quem vier pera fiquar ho podera fazer, ou ho farey eu porque por servir Vossa Alteza ainda que me seja trabalho estar ca, não ey de ter outra vontade senão ha de que Vossa Alteza for servido e mais a seu gosto.

Hahi emvio a Vossa Alteza os tres breves das indulgencias da India, ho da misericordia de Goa como as de Lisboa não hee ainda passado porque estas de Lisboa hão nas por de pouco momento por serem por portaria e aguora não se concede ninhuma cousa ad instar, mas todavia spero de as aver sem fallar nas de Lisboa, est outros vão a cinquo annos porque as plenarias este he ho mais tempo ha que se dão.

E assi emvio a Vossa Alteza outros dous breves, huum das decimas das comendas e outro das aplicadas a guerra, creo que Vossa Alteza sera contente delles por serem pera isso e da maneira que Vossa Alteza mandou que fossem sobre que lhe ja screvi ho trabalho que nisso tivera.

Outrossi lhe emvio os dous breves sobre Miguel do Rego e Luis Vaz e fiz que fossem assi por me parecer que Vossa Alteza desejava que fos-

sem estes delictos bem castiguados, porque appellatione remota, hee cousa que não tem ninhuma força, porque ainda que lh a não recebão, não deixara de haver rescrito com que atee as mãos ao juiz como Vossa Alteza de letrados podera ser bem emformado e assi provandolhe este delicto, ficarão fazendo justiça delles como de seculares, ho que sera bom pera scarmento doutros e pera não se chamarem assi levemente as ordeens sabendo ho que Vossa Alteza pode com elles e creo que ainda outros como estes se não passarão nesta corte. E desejo eu tanto servir Vossa Alteza com sua satisfação e a seu gosto que sempre trabalho de as cousas de seu serviço yrem mais largas do que me manda. E spero que não seja muito haver huum breve pera que as appellações destes que se chamão as ordeens, não saião do reino, e sempre assi se fara delles justiça. E ho trelado destes breves vão com elles pera que Vossa Alteza saiba ho que deve mandar fazer pera conseguirem effeito.

Assi vão mais os breves pera o cardeal e bispos não virem ao concilio, e assi huma bulla pera pessoas ecclesiasticas seculares poderem julgar em causas decimays e ecclesiasticas e que concernem a spritualidade.

Os mais negocios, este mes que vem spero em Deus que tenha muita parte delles acabados, porque ja tenho dado ha memoria de muitos delles que por não estorvarem huuns aos outros, os não dey todos juntos.

Quanto ha união dos mestrados, como he materia que importa tanto, foi necessario ser bem revista, aguora emvio hahi a copia a Vossa Alteza da que tenho dada pera se despedir, e tanto que ouver assinado este moto proprio, não despidirey as lettras ate me Vossa Alteza não avisar se esta a sua vontade porque se for necessario concertarssi alguma cousa, seja antes de se expedirem.

E ojee falley nisso ao papa pedindolhe por merce que mandasse expedir este negocio, e elle estava screvendo, e disseme que desse tudo a Montepulchano e que elle mandaria loguo fazer tudo como compria a serviço de Vossa Alteza, assi pella muita affeição que lhe tinha como por lho eu pedir, e disse ao sacretario que dissesse a Montepulchano que viesse a minha casa saber ho que eu queria, e eu porque elle anda tam chegado a cardeal pareceome milhor vir por sua casa. E ysto diguo a Vossa Alteza porque saiba ho amor e veneração que ho papa lhe tem e as suas cousas. Aguora darey a este negocio ha pressa que me parecer necessaria e assi aos mais pera que Vossa Alteza seja bem servido.

Montepulchano se me offreceo muito a servir Vossa Alteza com dili-

gencia e creo que não desespera de lhe Vossa Alteza fazer alguma merce de pensão, e não creo que fosse deserviço de Vossa Alteza dar lhe disso agoas e fazer lhe ainda ha merce quando ha merecesse, porque ho papa me parece que a este fim lhe comete os negocios, e nam me parece que Vossa Alteza se deve de esquecer de lhe screver acerca da inquisição porque sera seu serviço confiallo delle pois ho sabe.

Ja la screvi a Vossa Alteza como ho datairo queria composição de fazer as vigairarias de cem cruzados chamando lhe appllicações de frutos, e que pera tirar este emconveniente fazendo sse por via de concordia ou statuto e confirmado custaria pouco dinheiro. Vossa Alteza me mande avisar ho que ha por seu serviço que nisto faça.

Acerca de darem poder ao bispo de Goa pera despensar na India em terceiro graoo, pedem composição, por dizerem que estes graoos são componendos. Veja Vossa Alteza ho que manda que nisso faça, porque emquanto nam vejo reposta de Vossa Alteza não posso tomar resolução nestes negocios por isso far me a merce mandar me loguo responder a isso; e noso Senhor ha vida e real stado de Vossa Alteza por longos annos prospere e guarde e a seu santo serviço acrecente como deseja e eu peço a Deus, de Roma ao primeiro de novenbro de M.D.LI. As reaes mãos de vos alteza beyja—*O comendador mor dom Affonso*[1].

Carta do cardeal Puteo a el-Rei

1551—Novembro 27

Serenissime Rex—Cum me nuper summi optimique pontificis liberalitas in sacrum cardinalium ordinem cooptarit, in quo cum de magnis reipublicae christianae rebus, tum de privatis multorum regum commodis frequenter agitur; observantiae meae erga Magestatem Vestram partes esse putavi, ut voluntatem meam propensissimam, in omne genus obsequiorum, rerumque ad dignitatem Magistatis Vestrae tuendam atque augendam pertinentium, eidem primo quoque tempore per litteras deferrem. Cum mihi nihil accidere possit optatius, quam si tanto Regi, cujus con-

[1] ARCH. NAC., Corp. Chron., Part. 1.ª, Maç. 87, Doc. 13.—*Sobrescrito:* A El Rey Meu Senhor.

siliis atque opibus aliqua ex parte nititur christiana respublica fidem, atque observantiam meam navare possim; quam quidem ego omni cura, diligentia, industria, summo denique studio libentissime semper praestabo. Valeat Magestas Vestra felicissime, et me nomini suo deditissimum esse, omnino sibi persuadeat. Roma v calendas decembris M.D.LI. E Magistatis Vestrae devotissimus servus—*Cardinalis Puteus*[1].

Carta do commendador-mór a el-Rei

1551—Dezembro 1

Senhor—Por duas estafetas que daqui partirão huma em quimze e outra em dezanove do passado escrevi a Vossa Alteza ho que ca avya e assi lhe refiria has espedições que no principio do mes passado e do doutubro avya emviado a Vossa Alteza, e assy hos avisos do que ca passava, e juntamente lhe mandey ha copia do motu propio acerca dos mestrados, porque entretanto que se acabava de tomar concrusão na espedição delles Vossa Alteza me avissase, se esta a sua vontade, ou se se deve emendar alguma cousa por isso beijarey has reays mãos de Vossa Alteza mamdarme avisar com toda brevidade, que nom queria que por falta de reposta se deixasse despedir.

Eu cuidei de poder por este emviar algumas espedições mas esta criação dos cardeais tem grandes oytavairos, porque huns com hos visitarem, outros com pretemderem officios que lhes ficarão e doutros que se mudão anda tudo tão revolto, que ho papa por hum cabo e outros que tem hos despachos, nom attendem a elles, e esta gente de ca nom se quer muyto apertada, mas comtudo espero que neste mes se de expediente ao que nom se deu nestoutro passado que por falta de cuidado nom me fica.

No negoceo do provincial de São Domingos faley ao papa e mamdou que se espedisse, porem como he costume como se trata das cousas das ordens darse rezão ao proteitor de cada huma se mandou dar ao cardeal Salviati que ho he desta de São Domingos, e elle nom era aqui foi necesario mandarlhe la ha copia do breve, e pos dificultade nelle. Esperei

[1] ARCH. NAC., Corp. Chron., Part. I, Maç. 87, Doc. 32.—*Sobrescrito:* Serenissimo Regi Lusitaniae.

que viesse como veo a dous dias, que fui saber delle ho impedimento que tinha a se isto passar: disse me que ele estava ja avisado deste negoceo e nom me espanto porque como ja escrevi a vossa Alteza has cartas sobre este negoceo huma recebi a XXII de novembro, e outra a XXIIII, sendo feitas a XIII de setembro. E tambem me disse que era forte cousa ho nuntio querer mandar sobre ho geral, e que ele nom podia fazer esta casação. Assemtamos depois de muytas praticas que se fizese hum motu propio ho qual poremos em ordem, como ade ser damenhan por diante, porque oje por partir ho correo nom poderey acabar de tomar concrusão para ho poder mandar por este a Vossa Alteza.

Huma carta de Vossa Alteza recebi a XX do passado feita de dous de setembro sobre ho negoceo da demanda que hum Pero Rodrigues traz sobre ha igreija de Vylanova dAlvito e eu ho mandey logo buscar para lhe falar como me Vossa Alteza manda, e era em Napoles: omtem me disserão que era ja vymdo e ate agora nom no puderão achar porque como ele nom he ora muito abastado nom tem pousada certa. Tanto que se achar, trabalharey de ver a que ho posso conduzir, e segundo estou informado ho seu dereito he por dizer que ha apresentação desta igreija pertence aos frades da Trindade hos quais ho apresentarão ou sob seu nome ouve ha apresentação. Eu escrevo ao Barão ho que neste caso me parece que deve de fazer porque he necesaryo acudir se a lyte, porque este crelego dizem me que faz que nom emtemde e quer se lançar por ignorante para fazer seu feito. E se lhe inpedissem ho negoceo na Rota, não cuidaria que he ho beneficio tão seu, como dizem que pobrica, porque nom ve quem lhe va a mão. E do que co ele passar avisarey Vossa Alteza.

Outra carta me derão de Vossa Alteza a XXIII do passado feita a XVII dagosto sobre ha causa de Belem, para que ha emcommendasse ao doutor Antonyo Lopez eu ho fiz. Ele tem disso tão bom cuidado que espero em Deus que se reduzira ho negoceo a bons termos. E eu lhe peço dele comta e ho consulta comigo. E asentamos que primeiro que tudo, se trate de nulidades, e depois se trate de bono jure, porque he milhor vya que tratar logo do dereyto. E nisto se pora toda boa delygencia porque ho tem a meu parecer bem emtemdido, e me parece que ho fara aynda com mays delygencia, porque a que Vossa Alteza lhe fazia grande merce em se servir dele: do que soceder sera avisado.

Outra carta recebi de Vossa Alteza em XXV do passado feyta em XXVII de julho sobre ha lyte que Symão Quinteyro traz com Lopo Cardoso so-

bre ha igreija de São Mamede dAzare. Ele me respondeo que se era do padroado de Vossa Alteza que ha nom querya. E eu fiz que ho escrevesse por esta carta sua que emvio a Vossa Alteza para que fique por penhor mas ele pretende ser do padroado de hum mosteiro. Vossa Alteza me fara merce mamdar me escrever ho que a por seu serviço que se nisto faça.

Sobre hos mays negoceos que tenho escrito a Vossa Alteza me fara merce mamdar me responder para saber como me ey de governar neles, porque nom posso fazer nada sem ver reposta.

Ho secretario do nuntio se veo a mym e me deu conta que tinha emtendido que ho papa falando com hum prelado dissera que querya mamdar vir ho nuntio. E que isto que ho disera ho papa tratando dos cardeais que tinha feito e das mudanças dos officios que se avião de fazer. E nisto disse que querya mamdar vyr ho nuntio sospeita ele ou lho disserão que ho papa queria mamdar hum homem que he da sua criação que diz que traz negoceo sobre isso com Valdovino, mas ategora Sua Santidade nom mo tem dito. Ele creo que escreva ao nuntio isto mais miudamente.

Ho papa fez ha festa de Santo Andre porque no mesmo dia escapou da prisão do saco, e por outras boas vemturas que lhe vyerão neste dia, e por isso celebra cadano esta festa. E deu hum grão banquete a trinta cardeais e todolos embaxadores que nos aqui achamos: e depois ouve oraçõis de dous moços e hum menino, e musica e huma comedia que se acabou ja quasi noyte. E disse missa ho cardeal de Mecina, que he dos novos, e concedeo indulgentia plenarya a todos hos que se acharão a missa.

Hos avisos que agora ca a depois dos que emviey a vossa Alteza pollo correo e estafetas passadas são hos que com esta vão.

Ao concilio se avisa que cada dia vem luteranos e ho papa mamda vir Pegino e que em seu lugar fique Achyles de Grassis bispo que agora he de Monte Fiascone, e auditor da Rota.

De Parma nom a outro senão que hos dias passados vindo Monsiur de Termes para emtrar nela sayo ho princepe de Macedonia com duas bandeiras para lhe defender ha emtrada, e hos de Parma tinhão sobrele espias, e fizerãolhe huma emboscada de quatro bandeiras; e quando tornou derão nele e romperamno e ho tomarão em prisão com duas arcabuzadas e huma picada de que depois morreo em Parma. E se diz que lhe fizerão grandes ossequias, porque ele e Ottavio soyão ser grandes amigos,

e se criarão ambos juntos. E assi he esta guerra dagora que se pode chamar dantre amigos: e me dizia est outro dia hum homem pratico que nom se vira nenhuma que em tão pouco tempo sem batalha campal morresse tamta gente, porque afirmão muytos que são mortos mays de seys mil duma parte e doutra, depois que se começou.

Hos cardeais novos ainda lhes nom derão hos titulos porque não lhos ão de dar senão passado ho outro consistorio afora ho doje, em que lhes ho papa ade abrir ha boca e ho de Puteo escreve essa carta ha Vossa Alteza: folge de ho ter por servidor, porque he homem de muyta conta e creo que ele e Monte Pulchano ão de ser hos de mays valya nesta criação. E nom sesqueça Vossa Alteza de mandar agradecimentos a Monte Pulchiano porque de novo agora ho acho mays seu servidor, porque tambem eu lhe disse em algumas cousas ho que me parecya. E nosso Senhor ha vida e real estado de Vossa Alteza guarde prospere e por longos annos a seu santo serviço acrecente como deseja, e eu peço a Deus de Roma ao primeiro de dezembro de 1551.—As reaes mãos de Vos alteza beyja —*O comendador mor Dom Affonso* [1].

Carta do commendador-mór a el-Rei

1551—Dezembro 4

Senhor—Oje as XXIIII oras chegou Pero Coelho correo de Vossa Alteza e porque este gentil homem que esta para partir com ho capelo de Pogio estava ja com ho pe no estribo faço esta com presa, e loguo porei em obra servir Vossa Alteza. E porque o secretario me diz quão fora Vossa Alteza esta de tratar da decima, todavia polo que compre a seu serviço lhe lembro que nom mostre nom nas querer dar, nem desgosto a Monte Pulchiano, antes mostre que ho serve bem, porque eu tenho esperança ca de tirar este negoceo de graça, e elle mostra servir e eu dissimulo por fazer ho que compre a seu serviço e ao menos ao nuntio porque avisa ca de quanto se passa e semte. E antes como tenho escrito a Vossa Alteza faça que cuida que ho serve bem, porque ele crea Vossa

[1] Arch. Nac., Corp. Chron., Part. 1.ª, Maç. 89, Doc. 28.—*Sobrescrito:* A El Rey Meu Senhor.

Alteza que governa ho papa, e eu bem synto tudo, e cuida que me traz emganado. E eu quero ver se por este verso, lhe posso tirar isto da mão, porque ja fora feyto nem ho papa nom deixa quamdo lhe falo, que digão a Monte Pulchiano que ho fação despedir. E eu lhe disse istoutro dia quão mao caminho levava em querer levar isto por este. Ficoume de se resolver logo. E ele quer que ho leve ho seu secretario ho qual vem com ha prata de Genova que ho emperador mandou dar ao papa, a conto do que lhe tem emprestado: e isto me parece que espera. Eu nesta parte nom determino molestalo, leveo muyto em boa ora, e seja Vossa Alteza bem servido que isto he ho que eu quero, que como ho principal for como deve ho acessoryo nom me inporta. Todavia queria que Vossa Alteza me fizese merce que logo lhe mandasse dizer sesta a sua vontade ha minuta, e foi como ha eu dey a Varengo, em que Vossa Alteza crea que tem hum bom servidor, e homem longe darte desta gemte: he seco mas de verdade, e bem se lamenta desta cousa ir assy, e diz que nom a nesta terra quem sayba fazer gemtileza: eu todavya ey dir ver amtes que se assyne se tem cassado alguma cousa. Elle teve ca duvida como se guovernaria isto, vimdo ha femea: eu lhe disse que disto nom tratasse que fizesse *(?)* como estava na bula de Castela, na qual de licença de Vossa Alteza tirey hum ponto de dizer que pagando a se appostolica algum direyto, se lho deve, porque temo que querião alegar que pague de quindenium em quindenium; e ja Monte Pulchiano isto alegou, e eu lhe torney com hum revite com que ele ficou embaraçado, porque como nom he pratico nom soube caminhar. E eu trabalho saber estas cousas muyto meudamente para nom me achar emleado. E Vossa Alteza perca ho cuidado que eu ey de trabalhar que seja bem servido, como he rezão. E porque me dão pressa nom direy mays senão que nosso Senhor ha vyda, e real estado de Vossa Alteza, por longos annos prospère e a seu santo serviço acrecente como deseja e eu peço a Deus de Roma a quatro de dezembro a mea noite 1551. —As reaes mãos de Vosalteza beyja— *O comendador mor dom Affonso* [1].

[1] Arch. Nac., Corp. Chron., Part. 1.ª, Maç. 87, Doc. 31.—*Sobrescrito:* A ElRey Meu Senhor.

Breve do papa Julio III ao capellão-mór da capella-real

1551—Dezembro 18

Julius Papa III—Dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem. Dudum ad audientiam felicis recordationis Leonis papae decimi praedecessoris nostri clarae memoriae Emanuele Portugalliae et Algarbiorum Rege per diversas litteras suas, suumque apud eum oratorem referente, devento quod nonnuli episcopali et archiepiscopali dignitate fulgentes et alii praelati regni sui oppida castra et villas in dicto regno consistentia sine causa vel culpa illorum rectorum vel officialium et ex quacunque etiam minima causa ecclesiastico frequenter subiiciebantur interdicto in non modicum oppidorum castrorum et villarum hujusmodi incolarum et habitatorum animarum periculum ex quo cum aliis juris remediis posset provideri, quod ea propter quae hujusmodi interdicta emanabant executioni demandarentur quottidie multorum quaerelae ad ipsum Emanuelem Regem deferebantur, Idem praedecessor ejusdem Emanuelis Regis supplicationibus inclinatus tunc episcopo Lamacensi capellae ipsius Emanuelis Regis capellano majori suis litteris dedit in mandatis quatenus omnibus et singulis episcopis et archiepiscopis ac aliis praelatis hujusmodi sub interdicti ingressus ecclesiae et suspensionis a divinis poenis inhiberet ne ex tunc de cetero oppida castra villas et terras dicti regni ac ecclesias in illis consistentes ecclesiastico subiicerent interdicto nisi prius causam quare interdictum hujusmodi apponere vellent sibi insinuassent, illaque per eum prius diligenter examinata, et super quo ejus conscientiam onerabat probata ac legitima declarata fuisset decernens interdictum ab archiepiscopis episcopis et praelatis praefatis contra inhibitionem hujusmodi pro tempore appositum nullius esse roboris vel momenti, nec illud observari debere, ac contrafacientes poenas ipsas incurrisse per eundem episcopum Lamacensem declarari posse, prout in eisdem litteris plenius continetur. Cum autem sicut charissimus in Christo filius noster Joannes Portugalliae et Algarbiorum Rex illustris nobis nuper exponi fecit causa in dictis litteris expressa adhuc subsistant praefatus Joannes Rex nobis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis modo praedicto providere de benignitate aposto-

lica dignaremur. Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati Tibi et pro tempore existenti capellae ipsius Joannis et pro tempore existentis Portugalliae et Algarbiorum Regis capellano majori per presentes committimus et mandamus quatenus archiepiscopis episcopis et aliis praelatis praefatis sub poenis in eisdem litteris contentis, et alias juxta ipsarum litterarum continentia et tenorem inhibeas aliasque ad earundem litterarum executionem procedas in omnibus et per omnia perinde ac si litterae ipsae a principio tibi directae fuissent, et per eas pro perpetuis ex tunc futuris temporibus dispositum extitisset, Nos enim interdictum ab archiepiscopis et episcopis ac praelatis praefatis contra inhibitionem tuam hujusmodi pro tempore appositum nullius esse roboris vel momenti, nec illud observari debere, Ac contrafacientes poenas praedictas incurrisse per te declarari posse decernimus. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac omnibus illis quae dictus Leo praedecessor in litteris suis praedictis voluit non obstare caeterisque contrariis quibuscunque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XVIII Decembris, M.D.LI. Pontificatus nostri Anno Secundo.—*Rom. Amasaeus* [1].

Breve do papa Julio III ao capellão-mór da capella-real

1551—Dezembro 18

Julius Papa III—Dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecit charissimus in Christo filius noster Joannes Portugalliae et Algarbiorum Rex Illustris quod alias pro parte clarae memoriae Emanuelis Portugalliae et Algarbiorum Regis genitoris sui felicis recordationis Leoni papae decimo praedecessori nostro exposito quod licet ecclesiasticae censurae aculeus clericis contra laicos non ad laicorum offensam, sed ad clericorum a laicis pro tempore oppressorum patrocinium a jure concessus existeret. Nihilominus tanta in regno Portugalliae et dominiis illi subjectis personarum ecclesiasticarum jurisdictionem habentium creverat adversus laicos licentia et audacia ut etiam nobiles et civitatum

[1] ARCH. NAC., Maç. 6 de Bullas, num. 44.—*Sobrescrito:* Dilecto filio Capellano majori Capellae pro tempore existentis Portugalliae et Algarbiorum Regis Illustris.

ac provinciarum regimini praesidentes censura hujusmodi pro minimis causis lacessere, et sic eorum jurisdictionis exercitium impedire passim praesumerent, et quod nisi de aliquo remedio opportune provideretur tam facilis et frequens censurarum promulgatio contemptui haberetur. Idem praedecessor praefati Emanuelis Regis in ea parte supplicationibus inclinatus, certo tunc expresso judici et qui pro tempore esset in capella dicti Emanuelis Regis major capellanus, qui etiam ut dictus Emanuel Rex asserebat judex erat ordinarius familiarium et curialium ipsius Emanuelis Regis de quorum numero pro majori parte rectores correctores nuncupati provinciarum et civitatum hujusmodi existebant in omnibus causis ad forum ecclesiasticum pertinentibus per sedem apostolicam deputatus, de validitate vel nullitate censurarum et poenarum ecclesiasticarum per quoscunque locorum ordinarios judices et commissarios in aliquem vel aliquos ex tunc et pro tempore existentes provinciarum et civitatum rectores hujusmodi vel alios regis commissarios foraneos nuncupatos seu eorum ministros pro tempore promulgatarum tam per viam appellationis quam simplicis querelae cognoscendi et appellatione remota eas si juste reperiret esse latas observari faciendi, sin minus relaxandi, et dum coram eo cognitio hujusmodi penderet, ne interim dictorum rectorum in jure dicendo et justitia ministranda populis eorum regiminis commissis officium cessaret, censurarum hujusmodi effectum recepta in forma juris idonea cautione de ejus mandatis parendo suspendendi et sub similibus censuris quibusvis judicibus et personis inhibendi ac brachium seculare contra inobedientes invocandi, et in praemissis etiam per edictum constito de non tuto accesu procedendi ac omnia et singula alia circa ea quomodolibet opportuna faciendi et exequendi plenam et liberam per suas in forma brevis litteras licentiam et facultatem concessit, prout in illis plenius continetur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, causae propter quas litterae praedictae concessae fuerunt adhuc durent, ne de validitate litterarum Leonis praedecessoris hujusmodi dubitari contingat, Idem Joannes Rex nobis humiliter supplicare fecit, ut litteras praedictas approbare et innovare, aliasque in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati, litteras Leonis praedecessoris hujusmodi ad hoc ut tu et pro tempore existens capellanus major capellae ipsius Joannis et pro tempore existentis Portugalliae et Algarbiorum Regis de validitate vel nullitate censurarum et poenarum ecclesiasticarum per quoscunque locorum ordinarios judices et commissa-

rios in aliquem vel aliquos ex modernis et pro tempore existentibus rectoribus provinciarum et civitatum hujusmodi vel aliis regiis commissariis foraneis nuncupatis seu eorum ministris pro tempore promulgatarum tam per viam appellationis quam simplicis querelae cognoscere et appellatione remota eas si juste repereris esse latas observari facere sin minus relaxare, et dum coram te cognitio ipsa pependerit, ne interim dictorum rectorum in jure dicendo et justitia ministranda populis eorum regiminis commissis officium cesset, censurarum earundem effectum, recepta in forma juris idonea cautione de ejus mandatis parendo suspendere, et sub similibus censuris et aliis etiam pecuniariis poenis quibusvis judicibus et personis inhibere, et auxilium brachii secularis ad hoc si opus fuerit invocare, ac in praemissis et circa ea necessaria et quomodolibet opportuna facere gerere et exercere libere et licite valeas apostolica auctoritate tenore presentium approbamus et innovamus. Non obstantibus piae memoriae Bonifatii papae VIII praedecessoris nostri de una et concilii generalis de duabus dietis non tamen tribus ac aliis apostolicis, necnon in provincialibus et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XVIII Decembris M.D.LI. Pontificatus nostri Anno Secundo.—*Rom. Amasaeus* [1].

Bulla do papa Julio III

1551—Dezembro 30

Julius episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Preclara charissimi in Christo filii nostri Johannis Portugallie et Algarbiorum Regis illustris ac suorum in Portugallie et Algarbiorum hujusmodi regnis predecessorum erga hanc sanctam sedem merita necnon sincera fides et singularis devotio quibus idem Johannes Rex in nostro et dicte

[1] ARCH. NAC., Maç. 6 de Bullas, num. 43.—*Sobrescrito:* Dilecto filio Capellano majori Capellae pro tempore existentis Portugalliae et Algarbiorum Regis Illustris.

sedis conspectu clarere dinoscitur promerentur et nos quodam modo impellunt ut illa prefato Johanni et pro tempore existenti Portugallie et Algarbiorum Regi favorabiliter concedamus per que dissensionibus et odiis que inter personas regnorum hujusmodi exoriri possent occurratur ac eorumdem regnorum quieti et tranquillitati consulatur. Dudum siquidem Sancti Jacobi de Spata sub Sancti Augustini et de Avis sub Sancti Benedicti regulis in dictis regnis militiarum magistratibus per obitum quondam Georgii olim ipsarum militiarum magistri seu administratoris extra romanam curiam defuncti seu alias certo modo vacantibus nos considerantes magistratus predictos diversa castra villas terras loca et arces eis a clare memorie Portugallie regibus et aliis personis secularibus ut plurimum donata in quibus magistratus ipsos pro tempore obtinentes jurisdictionem exercent et plurium preceptoriarum et pinguissimis redditibus dotatarum collationem habere et propterea tam pro justicia in castris villis terris et locis eisdem perfecte administranda ac arcibus predictis ad regna predicta ab infidelibus et perversorum conatibus defendendum ac in pacis dulcedine conservandum diligenter et fideliter custodiendis necnon preceptoriis ipsis personis benemeritis presertim contra christiani nominis hostes dimicantibus conferendis plurimum expedire ut magistratus predicti persone regnis ipsis et illorum incolis grate et accepte per quam nedum in juribus suis conservari verum etiam adaugeri possent committerentur Ac sperantes quod dictus Johannes Rex qui justicie zelator et orthodoxe fidei acerrimus defensor eatenus fuerat et tunc existebat ac christiani nominis hostes tam in Africa quam in partibus Indie Orientalis et Ethiopia continuis bellis cum intollerabilibus expensis lacessere non desinebat et incolas inibi commorantes ad veri luminis cognitionem reducere magnopere studebat magistratus ipsos prout militiam Jesu Christi Cisterciensis ordinis cujus idem Johannes Rex administrator perpetuus per sedem predictam deputatus existebat eatenus laudabiliter et prudenter rexerat feliciter et tranquille gubernaret illisque posset esse utilis plurimum et etiam fructuosus ac volentes eidem Johanni Regi ut expensarum onera que in gerendis bellis predictis subire tenebatur facilius perferre valeret et de alicujus subventionis auxilio providere motu proprio eundem Johannem Regem quoad viveret administratorem perpetuum et irrevocabilem magistratuum militiarum Sancti Jacobi et de Avis hujusmodi juriumque rerum et pertinentiarum suorum omnium etiam una cum magistratu militie Jesu Christi hujusmodi cum plena et libera facultate auctoritate et potestate

omnia et singula que magistri militiarum Sancti Jacobi et de Avis hujusmodi qui pro tempore fuerant facere et exercere potuerant etiam si habitum per fratres milites dictarum militiarum gestari solitum nunquam susciperet nec professionem per eos emitti solitam emitteret faciendi et exercendi apostolica auctoritate constituimus et deputavimus curam regimen et administrationem magistratuum Sancti Jacobi et de Avis ac castrorum et aliorum predictorum sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum autem postmodum intra mentis nostre arcana sepius revolverimus singulas militias predictas ad hoc institutas fuisse ut contra hostes et inimicos fidei hujusmodi firma quedam presidia essent eorumque fratres milites pro tempore existentes infidelium eorumdem expugnationi ac terrarum ab eis occupatarum recuperationi jugiter vacarent et a pluribus annis citra prout tam dilecti filii Alfonsi d Alencastro preceptoris majoris ejusdem militie Jesu Christi et ipsius Johannis Regis consobrini et apud nos ac dictam sedem oratoris quam aliarum fidedignarum personarum relatione percepimus prefatus Johannes Rex clare memorie Emanuelis Portugalie et Algarbiorum Regis genitoris sui et aliorum predecessorum suorum predictorum vestigiis inherendo ad divini nominis exaltationem christianeque fidei propagationem in eripiendis e manibus ipsorum infidelium diversis provinciis terris et locis et aliis jam ereptis conservandis necnon bello contra eosdem infideles tam terra quam mari gerendo gravissimos labores et expensas sustinuerit et tam in Indiarum quam in Africe et Ethiopie ac Brasilii partibus nonnullas civitates insulas oppida et loca e manibus infidelium hujusmodi eripuerit eaque inibi christifideles introduci et nomen domini predicari faciendo ad gremium sancte matris ecclesie adduci procuraverit et ad hoc non solum vi et armis sed etiam nonnullarum ad hoc ab eo deputatarum excellentis doctrine et approbate vite personarum opera continue utatur et propterea Septensis et Tingensis civitates ac oppidum de Mazagam in Africe necnon Goani ac alias terras et loca in Indiarum partibus per eum et ejus predecessores prefatos e manibus ipsorum infidelium non sine magna sanguinis effusione erepta ad reipublice christiane commodum et universalis ecclesie exaltationem possideat et ut mortalium animas Deo efficacius lucrifaciat in civitatibus insulis terris et locis hujusmodi quamplura monasteria ecclesias hospitalia et collegia ad devotionis inibi habitantium excitationem erigi ac in illis ministros ecclesiasticos introduci fecerit necnon incolis et habitatoribus civitatum terrarum et locorum hujus-

modi mediantibus diversis egregiis et fidelibus verbi Dei concionatoribus ut sacrum Christi evangelium amplecterentur et sub nostra et ejusdem sedis obedientia et protectione degerent adeo efficaciter persuaserit ut eorum infinitus fere numerus sacro baptismatis fonte renasci voluerit spereturque verisimiliter quod idem Johannes rex ad quem spectat bella ipsa contra infideles prefatos tam terra quam mari et tam offendendo quam defendendo movere ac successores sui Portugallie et Algarbiorum reges pro tempore existentes divina eis assistente gratia similia et alia longe majora in dies pro tuitione et augmento christiane religionis facturi sint Nos attendentes quod si magistratus militiarum hujusmodi qui aliquando per romanos pontifices predecessores nostros regibus Portugallie et Algarbiorum hujusmodi seu eorum primogenitis aut aliis natis infantibus nuncupatis sive propinquis in administrationem dum expediens visum fuit concessi fuerunt et super quorum dum pro tempore vacant seu magistrorum ad eos electione que ad preceptores domorum et etiam forsan fratres milites singularum militiarum hujusmodi spectare dinoscitur possunt facile inter preceptores et seu fratres milites hujusmodi graves dissensiones et intestina odia exoriri et quos pro tempore obtinentes si se pro tempore existenti Portugallie et Algarbiorum regi opponerent regna predicta perturbare et diversos tumultus bellicos excitare ac bella que per eos contra infideles ut prefertur gerenda sunt in perturbationem quietis et pacis regnorum hujusmodi convertere possent prefato Johanni et pro tempore existenti Portugallie et Algarbiorum regi in administrationem perpetuo concedantur committantur et assignentur ex hoc profecto dissensionibus et odiis ac perturbationi pacis et quietis regnorum et excitationi tumultuum bellicorum hujusmodi opportune occurreretur et prefatus Johannes et pro tempore existens Portugallie et Algarbiorum rex preceptorias domorum militiarum hujusmodi fratribus militibus idoneis et ad preliandum habilibus qui non solum cum vocati fuerint ad bella se accingent verum etiam regem ipsum ad expeditiones contra infideles prefatos ultro sollicitabunt ac se suaque omnia tam in classe maritima quam exercitu terrestri laboribus et periculis exponere non dubitabunt earum occurrente vacatione conferet seu conferri procurabit et bella ipsa commodius gerere ac alia pro fidei catholice exaltatione et infidelium depressione necessaria et opportuna efficacius exequi poterit ipsique preceptores et fratres milites ac vassalli et subditi magistratuum hujusmodi libentius sub eorum naturali principe rege et militiarum hujusmodi administratore existente et

ejus disciplina quam diversis ipsarum militiarum magistris cum majores conjuncte vires majora et preclariora in bello facinora edere possint militabunt seque omnibus periculis exponent Et propterea volentes in premissis opportune providere ac ipsius Johannis regis qui superioribus annis Bazaim et Dio civitates seu oppida in partibus Indiarum e manibus infidelium vi et bello eripuit et bis invicto animo Dio videlicet a turcis et rege Cambaye qui illam seu illud cum ingenti exercitu ducibus Soliman Bassa et Cojasuphar acriter et durissime obsidebant Bazaim vero civitates seu oppida hujusmodi ab oppidanis qui illam seu illud bello repetebant prestante domino liberavit et turcas ac oppidanos ipsos non sine maxima eorum clade et jactura obsidionem hujusmodi solvere coegit ac demum fugavit et nomen domini nostri Jesu Christi longe lateque propagare non cessat pio desiderio premissorum intuitu morem gerere motu simili non ad ejusdem Johannis Regis aut alterius pro eo nobis super hoc oblate petitionis instantiam sed de mera liberalitate ac ex certa scientia nostris singulos Jesu Christi et Sancti Jacobi ac de Avis magistratus hujusmodi qui in eisdem militiis supreme dignitates et ipsarum militiarum in dictis regnis et aliis dominiis eisdem regnis seu eorum regi subjectis capita esse noscuntur et quorum singulorum universas alias qualitates et illorum erectionum et institutionum tenores fructuumque reddituum et proventuum veros annuos valores presentibus pro expressis haberi volumus etiam si quovismodo quem etiam si ex illo quevis generalis reservatio etiam in corpore juris clausa resultet presentibus haberi volumus pro expresso et ex cujuscunque persona vacent etiam si tanto tempore vacaverint quod eorum collatio juxta Lateranensis statuta concilii ad sedem predictam legitime devoluta ipsique magistratus disponi apostolice specialiter vel generaliter reservati existant et ad illos consueverint qui per electionem assumi eisque cura etiam jurisdictionalis immineat animarum super eis quoque inter aliquos lis cujus statum presentibus haberi volumus pro expresso pendeat indecisa dummodo tempore datum presentium non sit in eis alicui specialiter jus quesitum cum omnibus et singulis illorum eorumque mensarum juribus pertinentiis jurisdictionibus castris villis oppidis fortaliciis terris et locis necnon fructibus redditibus proventibus obventionibus et emolumentis quocunque nomine nuncupentur et in quibusvis rebus consistant et undecunque proveniant etiam per nos aut predecessores nostros romanos pontifices pro applicatione fructuum reddituum proventuum jurium obventionum et emolumentorum preceptoriarum et forsan

aliorum beneficiorum ecclesiasticorum seu illorum decime aut alterius partis bellis pro tempore gerendis eisdem Emanueli et Johanni regibus eorumque predecessoribus ac militiarum hujusmodi magistris in genere et in specie ac alias quomodolibet concessis necnon facultatibus licentiis privilegiis et indultis prefato Johanni et pro tempore existenti Portugallie et Algarbiorum regi etiam si regna ipsa in feminam aut minorem septem annis pervenerint et minor hujusmodi etiam femina existat in administrationem perpetuam ita quod qui rex aut in defectum regis regina regnorum hujusmodi pro tempore fuerit etiam singularum militiarum predictarum et illarum magistratuum absque alio juris aut facti ministerio perpetuus administrator aut administratrix sit et esse censeatur ac magistratuum eorumdem possessionem propria auctoritate libere apprehendere et perpetuo retinere seu etiam absque alia possessionis apprehensione militias ipsas et earum magistratus regere et administrare necnon illorum fructus redditus proventus jura obventiones et emolumenta ac alia premissa in suos et magistratuum predictorum usus et utilitatem convertere diocesanorum locorum vel quorumvis aliorum licentia vel consensu desuper minime requisita vel requisito necnon preceptorias et dignitates aliaque beneficia et officia militiarum hujusmodi ac alia ad collationem provisionem presentationem electionem seu quamvis aliam dispositionem pro tempore existentium earumdem militiarum magistrorum spectantia tam secularia quam regularia beneficia personis idoneis conferre et assignare necnon premissa omnia et singula ac cetera que magistri militiarum hujusmodi qui pro tempore fuerunt in spiritualibus et temporalibus facere gerere exercere et administrare consueverunt seu potuerunt aut debuerunt facere gerere exercere et administrare necnon jurisdictionem et superioritatem quodcunque aliud dominium in preceptores et milites ac alios fratres et personas necnon oppida terras et loca ac bona et res militiarum hujusmodi per earum magistros exerceri solita exercere libere et licite possit in omnibus et per omnia perinde ac si singularum militiarum predictarum verus magister existeret ac omne jus et omnis auctoritas et potestas militias et magistratus hujusmodi tam in spiritualibus quam in temporalibus regendi et administrandi ac omnis alia jurisdictio et administratio ad singulos magistros militiarum hujusmodi de jure vel consuetudine aut alias quomodolibet pertinens et que in futurum pertinere poterit cum regnis hujusmodi incorporetur et consolidetur sic tamen quod pro tempore existens Portugallie et Algarbiorum rex seu regina ea que spiritualia pro tempore concernent per idoneas

personas ipsarum militiarum religiosas ad id per eum deputandas et ad ejus liberum nutum et arbitrium amovibiles probe et laudabiliter exerceri facere debeat et teneatur apostolica auctoritate prefata tenore presentium perpetuo concedimus committimus et assignamus ipsumque Johannem et pro tempore existentem Portugallie et Algarbiorum regem seu reginam etiam si ut prefertur minor existat perpetuum et irrevocabilem singularum militiarum et earum magistratuum juriumque et pertinentiarum predictorum in spiritualibus et temporalibus administratorem seu administratricem constituimus et deputamus et personis per pro tempore existentem regem seu reginam circa spiritualia deputandis omnia et singula que magistri singularum militiarum hujusmodi qui pro tempore fuerunt in concernentibus spiritualia per se vel alios ordinare disponere mandare et facere de jure vel consuetudine aut alias quomodolibet potuerunt seu debuerunt ordinandi disponendi mandandi et faciendi plenam liberam et omnimodam facultatem et potestatem concedimus et ne in prejudicium concessionis commissionis assignationis constitutionis et deputationis nostrarum predictarum preceptores seu milites vel fratres militiarum hujusmodi aliquid de facto per via electionis vel postulationis seu alias decedente pro tempore rege aut regina regnorum hujusmodi attemptare presumant nos ab eisdem preceptoribus militibus et fratribus omne jus et omnem actionem ac potestatem eligendi vel postulandi aliquem in magistrum alicujus ex militiis hujusmodi vel eisdem magistratibus de magistris aut administratoribus perpetuis quomodolibet providendi penitus et omnino tollimus auferimus et abdicamus ipsisque preceptoribus militibus et fratribus sub excommunicationis late sententie et privationis preceptoriarum ac aliorum beneficiorum et officiorum ecclesiasticorum que pro tempore obtinebunt necnon pensionum animarum quas pro tempore percipient ac inhabilitatis ad illa et illas ac alia et alias in posterum obtinenda et percipiendas ac aliis ecclesiasticis sententiis censuris et penis per contravenientes eo ipso incurrendis ne de cetero aliquem in magistrum alicujus ex militiis hujusmodi eligere vel postulare aut de eligendo vel postulando quovis modo tractare audeant vel presumant districtius inhibemus absolutionem eorum qui sentencias censuras et penas predictas incurrerint ac earum relaxationem nobis et successoribus nostris romanis pontificibus canonice intrantibus specialiter et expresse reservantes Quocirca venerabilibus fratribus nostris Ulixbonensi et Elborensi ac Bracharensi archiepiscopis per apostolica scripta motu simili mandamus quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel

alius seu alios presentes litteras et in eis contenta quecumque ubi et quando opus fuerit ac quotiens pro parte Johannis et pro tempore existentis regis et regine hujusmodi desuper fuerint requisiti solemniter publicantes eisque in premissis efficacis defensionis presidio assistentes auctoritate nostra faciant eidem Johanni et pro tempore existenti Portugallie' et Algarbiorum regi et regine a dilectis filiis conventibus prioribus preceptoribus fratribus et militibus obedientiam et reverentiam debitas et devotas necnon a vassallis et aliis subditis militiarum hujusmodi consueta servitia et jura sibi ab eis debita integre exhiberi ipsosque Johannem et pro tempore existentem regem et reginam ad magistratus prefatos ut est moris admitti sibique de illorum juriumque et pertinentiarum ac membrorum suorum omnium fructibus redditibus proventibus juribus et obventionibus universis integre responderi contradictores quoslibet et rebelles etiam per quasvis de quibus eis placuerit sententias censuras et penas ecclesiasticas ac alia opportuna juris remedia appellatione postposita compescendo ac legitimis super hiis habendis servatis processibus sententias censuras et penas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis non obstantibus nostra per quam dudum inter alia volumus quod petentes beneficia ecclesiastica aliis uniri tenerentur exprimere verum annuum valorem etiam beneficii cui aliud uniri peteretur alioquin unio non valeret et semper in unionibus commissio fieret ad partes vocatis quorum interesset et Lateranensis concilii novissime celebrati uniones perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis necnon felicis recordationis Bonifacii pape VIII predecessoris nostri etiam qua cavetur ne quis extra sua civitate et diocesi nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a fine sue diocesi ad judicium evocetur seu ne judices a sede predicta deputati extra civitatem vel diocesem in quibus deputati fuerint alii vel aliis vices suas committere presumant ac de duabus dietis in concilio generali edita dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate presentium ad judicium non trahatur et aliis apostolicis ac in provincialibus et sinodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus necnon militiarum et ordinum predictorum juramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis consuetudinibus stabilimentis usibus et naturis privilegiis quoque indultis et litteris apostolicis eidem militiis earumque magistris preceptoribus militibus fratribus et conventibus sub quibuscumque tenoribus et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis

aliisque efficacioribus et insolitis clausulis irritantibusque et aliis decretis per quoscumque romanos pontifices predecessores nostros et nos ac dictam sedem etiam motu simili aut consistorialiter etiam per viam generalis legis et statuti perpetui ac initi et stipulati contractus in genere vel in specie aut alias quomodolibet concessis confirmatis et innovatis illis presertim quibus inter alia caveri dicitur expresse quod occurrente vacatione alicujus ex magistratibus prefatis prefati conventus preceptores fratres et milites unum forsan de eorum gremio dictarum militiarum militem expresse professum eligere ipsemque sic electus verus earumdem militiarum magnus magister habeatur illique et non alteri conventus preceptores fratres milites prefati parere teneantur quodque nullus nisi ut prefertur electus magistratus ipsos obtinere possit et quecumque collationes electiones et alie dispositiones de magistratibus ipsis aliter etiam per romanum pontificem et sedem prefatos facte nulle et invalide nulliusque sint roboris vel momenti et penitus pro infectis habeantur prefatique milites aliis quam ut prefertur electis vel litteris apostolicis per eos impetratis parere minime teneantur et ob illorum non paritionem aliquas censuras sive penas nullatenus incurrant quodque privilegiis indultis et litteris nullatenus aut non nisi certis inibi expressis modo et forma derogari possit et si aliter derogetur derogatio hujusmodi nemini suffragetur Quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienter derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica et expressa ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quevis alia expressio habenda aut aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret illorum omnium tenores presentibus pro sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis necnon modos et formas ad id servandos pro individuo servatis habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter et expresse pari motu derogamus contrariis quibuscumque Aut si aliqui super provisionibus seu concessionibus administrationum sibi faciendis de magistratibus hujusmodi speciales vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte sedis vel legatorum ejus litteras impetrarint etiam si per eas ad inhibitionem reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum quibus omnibus Johannem et pro tempore existentem regem ac reginam prefatos in assecutione dictorum magistratuum volumus anteferri sed nullum per hoc eis quoad assecutionem magistratuum aut beneficiorum aliorum prejudicium generari seu si preceptoribus majoribus dictorum conventuum necnon prioribus preceptoribus militibus

et fratribus ac conventibus vassallis et subditis prefatis vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur et ad id compelli aut quod interdici suspendi vel excommunicari non possint Quodque de magistratibus hujusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem provisionem presentationem electionem seu quamvis aliam dispositionem conjunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri seu concessio in administrationem fieri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali cujuscumque tenoris existat per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus hujusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cujusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Volumus autem quod magistratus ipsi debitis propterea non fraudentur obsequiis et animarum cura in eis si qua illis immineat nullatenus negligatur sed rex seu regina pro tempore existens omnia et singula eisdem militiis pro tempore incumbentia onera perferre omnino teneatur quodque ab alienatione quorumcumque bonorum immobilium et preciosorum mobilium dictorum magistratuum penitus abstineat et quod succedens in regnis hujusmodi sive vir sive mulier existat antequam dictos magistratus vel eorum aliquem administrare possit juramentum seu juramenta si que de observandis statutis et consuetudinibus ac stabilimentis usibus et naturis dictorum militiarum vel alias per dictos magistros prestari consueverunt prestare teneatur et deinde administrationi magistratuum hujusmodi libere se immiscere possit et ille ex eis qui ullo unquam tempore quod absit a nostra et successorum nostrorum romanorum pontificum canonice intrantium et ejusdem romane ecclesie obedientia et devotione se retraxerit vel contra eam bellum susceperit aut in ejus damnum per se vel alium quomodolibet machinatus fuerit presenti gratia eo ipso privatus existat ac presentes littere nullius sint roboris vel momenti ipsequo concessio commissio assignatio constitutio et deputatio expirent et resolvantur expirateque et resolute censeantur et exinde ipsi magistratus vacent eo ipso et de illis per sedem eandem libere disponi possit et insuper ex nunc irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis commissionis assignationis constitutionis et deputationis ac aliorum premissorum in-

fringere vel ei ausu temerario contraire Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominice Millesimo quingentesimo quinquagesimo primo Tertio kalendas Januarii Pontificatus nostri Anno Secundo.— *Gal. Aquinas*[1].

Breve do papa Julio III a el-Rei

1552—Janeiro 6

Julius Papa III—Carissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Antequam Deus nos ad pontificatum vocaret, et post nostram etiam ad illum vocationem nihil aeque ac studium, desiderium, amoremque publicae facis animo et mente revolvimus nihilque magis abhorruimus quam arma et bella, isque precipue pacis amor effecit, ut ad continendum in officio Octavium Farnesium subditum nostrum nobis et huic sanctae sedi rebellantem, eaque molientem quae Italiae tranquillitatem turbare poterant, auxilium brachii secularis a carissimo in Christo filio nostro Carolo Romanorum Imperatore semper Augusto imploraremus. Cum neque exhortationes neque preces neque minae quas prius adhibueramus quicque cum ipso Octavio profuissent, qua in re accidit (id quod minime fore expectabamus) ut carissimus in Christo filius noster Henricus Francorum Rex Christianissimus, nulla in re a nobis lacessitus quinimo omnibus honoribus et favoribus a nobis auctus, Octavii defensionem susceperit, ejusque milites non semel tantum, sed saepius agrum nostrum Bononiensem et Romanae ecclesiae loca hostiliter atque imaniter invaserint ac diripuerint. Haec fuit fili carissime causa atque origo discordiarum et belli, in quo si ulli conquerendi ratio competit, nobis certe conquerendi, lamentandi, exclamandi, et ad coelum usque voces extollendi competit, tacuimus tamen, nec ullo modo hactenus conquesti sumus credentes nos patientia regem ipsum vincere posse, clementissimumque Deum rogantes ut eidem mentem immutaret ad meliora capienda consilia quae ipsi regi ejus regno

[1] Arch. Nac., Gav. 5.ª, Maç. 3, num. 4

nobis ecclesiae Italiae, atque universae reipublicae christianae salutaria forent. Nondum placuit ipsi Deo cujus incompraehensibilia sunt judicia et investigabiles viae nos consolari. Quo fit ut Majestatis Tuae de pace officia mirum in modum nobis placuerint, fatemur enim ingenue optare nos cum omnibus hominibus ac presertim cum ipso rege pacem habere, neque obliti sumus aut unquam obliviscemur praeclarissimorum Suae Majestatis erga personam nostram meritorum, sed in hoc uno pax versatur, ut Octavius nostrae mansuetudinis et clementia indulgentia quam minime meritus est, et nihilominus ipsius Regis christianissimi intuitu ei libenter elargiemur, gaudiens nobis obediat sicut debet, atque accepta a nobis ampla ducatus Camerini recompensa quam sanctae memoriae Paulus III praedecessor noster ejus avus ei forsan non dedisset, nobis et huic sanctae sedi Parmam discordiarum causam et fomitem restituat. Quocirca sicut Tuae Majestati de iis quae jam pro pace reducenda fecit, gratias agimus, ita eam in Domino hortamur, ut ab ejus pio incepto non desistat, nam nos ad omnia quae ad ipsam pacem conficiendam spectent, paratissimos ac promptissimos inveniet, modo nostri et hujus sanctae sedis honoris ratio habeatur. Coeterum cum superioribus mensibus postquam nos te administratorem magistratuum militiarum Sancti Jacobi de Spata et de Avis tuorum regnorum deputavissemus dilectus filius nobilis vir Alfonsus ab Alincastro orator apud nos tuus vir sanè ingenio prudentia atque dexteritate summa preditus et nobis propterea valde gratus instanter à nobis tuo nomine petiisset, ut dictos magistratus isti regiae coronae perpetuo unire vellemus, nos causis et rationibus ab eo enarratis diligenter consideratis et perpensis, cupientes pro veteribus ac recentibus Tuae Majestatis non solum erga nos atque hanc sanctam sedem verum etiam erga universam christianam rempublicam meritis, nihil omittere quod dignitatem et auctoritatem istam regiam, aut augere, aut ornare posset, ipsam unionem libentissime fecimus, et litteras nostras super ea re expeditas per dilectum filium Raphaelem Gualterium Aretinum camerarium secretum nostrum ad Majestatem tuam mittimus, illam hortantes ut pro sua virtute atque pietate gratiam hanc eo animo à nobis recipiat, quo eam damus. Illud sanè non tacebimus quamvis nostra erga Serenitatem Tuam benevolentia satis nos permovere poterat ut id faceremus quod fecimus, non nihil tamen fuisse à nobis in ea re tributum instantiae et officio quod apud nos egit dilectus filius noster Joannes cardinalis Sancti Vitalis cujus erga Tuam Majestatem observantiam et voluntatem magnam quidem ac propen-

sam semper fuisse et esse testari, atque dubio procul affirmare possumus sed et haec et nonulla etiam alia dicet plenius eidem Tuae Majestati ex parte nostra idem Raphael, qui nobis carus est, et cui hortamur eam ut fidem habere velit indubiam. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die VI Januarii M.D.LII. Pontificatus nostri Anno Secundo. —*Gal. Aquinas*[1].

Breve do papa Julio III a el-Rei

1552—Janeiro 12

Julius Papa III—Charissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecisti quod alias felicis recordationis Leoni papae X praedecessori nostro pro parte clarae memoriae Emanuelis Portugalliae et Algarbiorum Regis genitoris tui exposito quod licet commercia et mercimonia, quae pro eo in partibus Indiae atque Aethiopiae cum gentibus et populis illarum partium pertractabantur maximum importantissimumque pondus sustinerent, et quo magis partes illae à finibus Europae distarent, eo plus fidelitatis, et legalitatis, ac integritatis circa personarum inibi agentium contractationem requireretur, et propterea dictus Emanuel rex cupiens fraudibus, et dolis, quae in praemissis commerciis, ac negociationibus, et participationibus hinc inde fieri poterant, obviare, cum animo gereret praedicta commercia ad Dei laudem, et catholicae fidei propagationem in tam remotis, et longinquis partibus, et barbarorum nationibus continuare, et augere quamplura leges pragmaticas, sanctiones, ordinationes, et statuta per dictos agentes, et subditos suos, aliosque contractatores, et negociorum ac mercimoniorum, commerciorumque hujusmodi gestores, inviolabiliter tenenda, et observanda, ac nullo pacto praetereunda, sub certis civilibus, et criminalibus poenis, quas violatores, et transgressores illorum incurrerent, fecisset, edidisset, et promulgavisset nihilominus nonnulli pro clericis se gerentes freti immunitate, ac privilegio clericali poenas legum, et ordinationum hujusmodi, quibus ipsi juxta ca-

[1] Arch. Nac., Maç. 36 de Bullas, num. 47.—*Sobrescrito:* Carissimo in Christo filio nostro Joanni Portugalliae et Algarbiorum Regi Illustri.

nonicas sanctiones minime suberant, non formidantes contra leges sanctiones, ordinationes et statuta praedicta multoties venire ausi fuerant, et nisi tales transgressores criminosi, et delinquentes aliqua poena mulctarentur, plecterenturque, occasione transgressionum, et excessuum suorum in partibus illis quamplura scandala, jurgia, et differentiae inter agentes praedictos indies suscitarentur in non modicum sui, et suorum regnorum detrimentum idem praedecessor dicti Emanuelis regis in ea parte supplicationibus inclinatus, eidem Emanueli regi, ut tunc, et pro tempore existens capellanus major suae capellae regiae quoscunque clericos in minoribus ordinibus duntaxat constitutos beneficia ecclesiastica non obtinentes quos constitutiones, et ordinationes, ac sanctiones per eum ut praefertur editas, et quas ad commerciorum, et contractationum hujusmodi conservationem, et ampliationem ederet, et promulgaret, in futurum dummodo licite, et honestae, ac sacris canonibus non contrariae essent, contravenire compertum foret, legum, constitutionum, et sanctionum hujusmodi poenis civilibus, necnon criminalibus, citra tamen sanguinis effusionem, aut membri mutilationem plectere, mulctare, punire, et castigare in personis, et bonis, non obstantibus immunitate, et privilegio clericali, quibus tales transgressores, et delinquentes uti posse minime velint, libere, et licite valerent per suas in forma brevis litteras licentiam concessit, et facultatem, prout in illis plenius dicitur contineri. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat tu alias cupiens fraudibus, et dolis, quae etiam in commerciis, negociationibus, et mercimoniis partium Brasilii fiebant, obviare, similes leges, sanctiones, et ordinationes per agentes, et subditos tuos in eisdem partibus Brasilii, aliosque contractatores, ac negociorum, mercimoniorum, et commerciorum, quae etiam pro te cum populis, et habitatoribus partium Brasilii hujusmodi tractarentur gestores inviolabiliter tenendas, et observandas, ac nullo pacto praetereundas, forsan sub eisdem poenis edideris, et promulgaveris, ac agentium subditorum, contractatorum, et negociorum gestorum hujusmodi numerus ita exercuerit, ut nunc multo plures fraudes in mercimoniis, commerciis, et negociis hujusmodi, quam cum singulae leges, sanctiones, et ordinationes hujusmodi pro tempore editae fuerunt, committantur, et propterea concessio licentiae, et facultatis eidem capellano majori ut praefertur facta sit ad praesens plurimum necessaria, ne de validitate litterarum praedictarum hesitari contingat, nobis humiliter supplicari fecisti, ut litteras ipsas approbare, et innovare, ac etiam ad vitam tuam, et ad agentes subditos contractatores, et negociorum gestores in partibus Brasilii

hujusmodi extendere, et ampliare, aliasque in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati, litteras praedictas, quarum tenorem presentibus haberi volumus pro expresso, ad hoc ut modernus, et pro tempore existens capellanus major capellae tuae quoscunque clericos in minoribus ordinibus duntaxat constitutos beneficia ecclesiastica non obtinentes, quos singulis praedictis, et quibuscunque aliis constitutionibus, ordinationibus, et pragmaticis sanctionibus ad commerciorum, et contractationum hujusmodi conservationem, et ampliationem hactenus ut praefertur editis, et promulgatis, ac in posterum edendis, et promulgandis, dummodo licite, et honeste, ac sacris canonibus non contrariae existant, contravenire compertum fuerit, legum, constitutionum, et sanctionum hujusmodi poenis civilibus tantum, necnon criminalibus, citra tamen sanguinis effusionem, aut membri mutilationem alias juxta litterarum Leonis praedecessoris hujusmodi continentiam, et tenorem plectere, mulctare, punire, et castigare libere, et licite valeat, apostolica auctoritate, tenore presentium approbamus, et innovamus, ac ad vitam tuam, et ad agentes subditos, contractatores, et negociorum gestores in partibus Brasilii hujusmodi auctoritate, et tenore praedictis extendimus, et ampliamus. Non obstantibus apostolicis, ac in provincialibus, et sinodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, necnon immunitate, et privilegio clericalibus, quibus transgressores, et delinquentes praefatos quoad hoc uti posse volumus, caeterisque contrariis quibuscunque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XII Januarii. M.D.LII. Pontificatus nostri Anno Secundo.—*Rom. Amasaeus*[1].

[1] ARCH. NAC., Maç. 6 de Bullas, num. 42.—*Sobrescrito:* Charissimo in Christo filio nostro Joanni Portugalliae et Algarbiorum Regi Illustri.

Carta do cardeal S. Jorge a el-Rei

1552 — Janeiro 17

Senhor — No mesmo dia que me a carta de Vossa Alteza foi dada por me eu achar ao presente nesta minha legatia da provintia de Romanha escrevi ao comendador mor de Christos seu embaixador en corte de Roma que me avisase do nome da pessoa en cujo favor eu havia de fazer a renunciaçaon da igreja da Rayva e me escrevesse o que mais nisso compria que fezesse pera Vossa Alteza ser servida que eu estava aparelhado pera fazer quanto me Vossa Alteza nesta sua manda e tanto que vi seu recado fiz fazer hunna procuraçaon abastantissima en pessoa do dito comendador mor pera en meu nome poder fazer en Roma tudo o que a ben do negocio comprisse pera segurança e satisfaçaon do criado do senhor infante don Luis seu irmano a cujo padronado nan foi nunqua minha entençaon prejudicar como o a Vossa Alteza escrevi e a dilaçaon que nisto ouve despois que o dito comendador mor me falou de parte de Vossa Alteza estando eu aynda en Roma foi soomente afim de Vossa Alteza ser sabedor do que passava, porque se alguna ora me constara ser de seu padroado, ou nesta remissoria que despois de tanto tempo de la veio viera provado, eu me decera e desistira de tudo sen esperar que mo Vossa Alteza mandara, e asi ho tinha escrito ao senhor infante mas estando a cousa doutra maneira nan me pareceo de fazer niso al, ate ver outro recado de Vossa Alteza con determinaçaon de per cima de tudo de qualquer manera que o negoceo estevese fazer quanto me Vossa Alteza mandase, e quanto ha cousa en si fora mayor tanto de milhor vontade ho fezera a qual peço a Vossa Alteza que queira somente aceytar de mym, que o serviço he asaz pequeno en comparaçaon dos muytos e muy grandes que eu devo e desejo fazer a Vossa Alteza por cujo criado e feytura me tenho e como tal lhe peço muy affetuosamente por merce me mande escrever en seus livros e se sirva de mim, porque das... tas e muy grandes mercedes que de Vossa Alteza tenho recebi..... que me faça, esta he a que mais que ninhua outra s..... rey: beijo senhor muytas

mill vezes as reals ma..... e nosso Senhor Deos sua real pessoa vida estado..... e prospere por muy longos dias e como deseja de Ra..... dias de janeiro de 1552.—De Vossa Alteza—humil criato y servidor hu...—*Car. San Giorgio* [1].

Carta do commendador-mór a el-Rei

1552—Janeiro 23

Nos Sebastianus archiepiscopus Sipontinus et Aloysius episcopus Veranensis Sanctissimi in Christo patris, et domini nostri domini Julii divina providentia papae tertii, et sanctae sedis apostolicae nuncii ad sacrosanctum oecumenicum concilium Tridentinum una cum reverendissimo et illustrissimo domino Marcello tituli Sancti Marcelli Sanctae Romanae Ecclesiae praesbitero cardinali Crescentio legato praesidentes, universis et singulis presentes literas inspecturis fidem facimus, et attestamus, qualiter illustrissimus dominus Jacobus Sylvius, et magnifici Jacobus Goveanus in sacra theologia, ac Joannes Paez utriusque juris doctor serenissimi domini Joannis Tertii regis Portugalliae oratores die sabbati quinta mensis martii applicuerunt hanc civitatem Tridentinam, ac die sabbati XIX ejusdem mensis comparuerunt coram ipso reverendissimo et illustrissimo domino legato, et nobis, ac patribus hujus sacri concilii, quibus exhibuerunt, et praesentaverunt literas regis super eorum legatione et missione ad concilium fueruntque a sancta synodo amanter, et benigne excepti, et eorum literae admissae, et receptae, eisque ab ipsa sancta synodo fuit benevole responsum, prout haec omnia latius in actis concilii continentur. Cum autem orta fuisset quaestio super praecedentia in sedendo inter praefatos oratores, et reverendissimum dominum Paulum episcopum Zagabriensem serenissimi domini Ferdinandi regis romanorum etc. uti regis Hungariae, et Bohemiae oratorem, qui antequam ipsi oratores regis Portugalliae huc advenissent in ipso concilio praesens erat, fuit ordinatum, ut in exhibendo mandato et dum legeretur duntaxat sederent oratores Portugalliae è regione reverendissimi et illustrissimi domini legati, et nostrum, et interea orator Hungariae maneret in quadam camera domini legati extra locum ubi literae regiae recitabantur, et sic observatum fuit. Atque cum postea diversis viis, et modis tentatum fuisset, atque elaboratum tam ab ipso reverendissimo et illustrissimo domino legato, et nobis, quam patribus concilii, ut altercatio praefata sedaretur, nec id aliqua via effici posset, remissa

fuit decisio, et determinatio ipsius praecedentiae ad sanctissimum dominum nostrum, et sanctam sedem apostolicam. Caeterum cum quibusdam ex causis congregationes omnino haberi deberent, quibus de more in hoc praesenti concilio oratores omnes interesse consueverant, nec adhuc appareret quo in loco praefati oratores sedere deberent. Nos praesidentes praefati cum die XXIII aprilis essemus in ecclesia cathedrali pro congregatione generali habenda (quae congregatio ob gravissimam reverendissimi et illustrissimi legati infirmitatem in loco consueto haberi non poterat) una cum patribus ipsius concilii congregati pro bono pacis, et quietis ordinavimus, quod oratores serenissimi regis Portugalliae supradicti sederent pro ea vice è regione oratorum invictissimi imperatoris scilicet parte dextra, qui locus alias datus fuit illustrissimis et reverendissimis sacri imperii electoribus, dum ipsi in isto concilio praesentes fuerunt, et congregationes in aula consueta celebrabantur, et quod orator Hungariae praefatus sederet in loco, in quo hactenus sedere consueverat antequam oratores Portugalliae ad concilium venissent, nempe parte sinistra post oratores augustissimi imperatoris. Idque a nobis factum fuit cum reservatione jurium uniuscujusque, et sine praejudicio, aut diminutione juris, quod alterum ex regnis, seu regibus habere posset in hac praecedentia, idque publicè cunctis oratoribus, et patribus audientibus a nobis in congregatione declaratum fuit. Quibus omnibus oratores praefati pro quiete, et pace pro hac vice duntaxat assenserunt, facta prius protestatione, quod ista ordinatio juri principali praecedentiae non praejudicaret, neque ex parte, neque ex toto. Ac tam in supradicta congregatione, die XXIII et alia die XXVII mensis aprilis habitis, quam in sessione publica die XXVIII dicti mensis aprilis super suspensione concilii celebrata, in locis superius adnotatis sederunt. Qua quidem die XXVIII aprilis in missa solemni, quae in ipsa sessione de more celebrata est, neque incensum, neque pax ulli ex oratoribus data fuit, ne eis in ceremoniis conficiendis alteri partium praejudicatum videretur. In quorum omnium, et singulorum fidem nos praesidentes praefati praesentes literas fieri fecimns, nostraque manu subscripsimus, ac nostrorum sigillorum appensione communiri mandavimus. Datum Tridenti die Quinta Maii M.D.LII. ✝S. Archiepiscopus Sipontinus Presidens ✝A. Episcopus Veronensis Presidens—Angelus Massarellus sacri Concilii secretarius✝ [1].

[1] ARCH. NAC., Gav. 2.ª, Maç. 2, num. 17.

Carta do commendador-mór a el-Rei

1552 — Maio 15

Senhor—Pola estafeta de Genoa que daqui partio dia de Paschoa escrevy a Vossa Alteza para que se algum correo por ay passase levasse has cartas para ser avisado do que ca passava e esta sera para fazer a saber a Vossa Alteza que ha despensa do princepe esta ja concedida por Sua Sanctidade e eu ha fiz tão leve que nom alembrou a ninguem pooder aver composição, e nom desejo eu tão pouco seu serviço que seja necesario mandarme lembrar que neste negoceo nom ouvesse composição, porque hos passados que emviey a Vossa Alteza terão dado testimunho se tenho eu disto lembrança, e estou esperando que saya do plumbo para dentro de dous dyas despachar hum correo com ella, pera que se ha princeza ja la for nom se espere por isto, porque ho que ade levar ho bispado de Viseu nom esta tão depressa como eu quisera, porque Farnes poem alguns inpidimentos de dizer que he necessario que se obrigue ho banco a vir credito de Lucas sem dizer que recebendo hos fruitos ho bispo lhe page porque nom a mister provar cadanno que leva hos fruitos e me parece que me obrigarei eu. E assi diz mais que Vossa Alteza mande alvara que mandara pagar a todolos bispos que socederem por falecimento destes e assy consentimento do bispo que for do Porto e que morrendo Lucas lhe darão outra cedula bancaria. Andamos agora vemdo ha maneira que se nisto pode ter. Tambem quis fazer esta para avisar Vossa Alteza da morte de João Baptistã de Monte, e nom no quis fazer logo por esperar ver se o emperador mandava visitar, e ha calidade da pesoa: e assy para ver se mandava tambem visitar Valdovino seu pay e irmão do papa, e como lhe escrevya, porque se Vossa Alteza quizer mandar visitar ho papa e adescrever a Valdovino saiba como lho emperador põi e ho que lhe diz, polo que lhe emvio ho trelado da carta que lhe escreveo: ho João Baptista foi morto nũa escaramuça nos fortes da Mirandula, ho proprio dia que ho papa concertou ha tregoa de França, duas oras antes que se fizesse ho concerto, segundo se acha por conta e ho modo de que morreo foi que lhe derão hũa arcabuzada no cavalo de que logo cayo: e andando

todolos dias vestido de carmesi aquele dia por ser sesta feira de emdoenças foi vestido de negro sem levar outras armas senão hum jaco, polo qual em cayndo ho cavalo lhe deu hum sguiçaro com hũa alabarda na cabeça, e outro com hũa pica ho atravessou: e se diz que nom morreo outro senão ele só. Nom se espanta ninguem disso, senão como não foi isto mais cedo porque tinha condição para isso e se diz que nom tomava conselho de ninguem senão fazia cada dya estas escaramuças que lhe muyto tachavão, porque nellas em pouco tempo afirmão que morrerão hos milhores capitãis que avya nesta terra: ho papa nom mostrou muyto sentimento delle, porque ainda que desejava de ho fazer grande, nom creo que lhe era muyto aprazivel, nem a muytos desta terra, porem todavia nom me parece que sera deserviço de Vossa Alteza pollo amor que lho papa mostra mostrar lhe sinais de lhe pesar de qualquer cousa que lhe toque, e mays tanto como esta. Ho emperador mandou Fernão da Veiga irmão de João da Veiga virrey de Cecilya e trazia cinco cavalos com ho postilhão vinha vestido de veludo preto, e quando foi visitar ho papa foi com capa e sayo de raxa e gorra com veo que he ho doo de ca.

Em abril Vergara que ora faleceo que fazia aqui has cousas do conde de Monte Rey, e casado com hũa molher com que ho papa em mancebo teve amisade, lhe veo avyso da vacante do mosteyro de Santa Marya de Fiãis que diz ser da ordem de São Bernardo ho papa lho deu para hum seu filho e por esta molher ser conhecente de Monte Pulchiano daquele tempo falecendo agora seu marido descobrio a Monte Pulchiano que tinha posto este mosteiro em sua cabeça, por ho filho nom ser de idade, e eu como trago algũas espias sobre estes negoceos soube desto, e disse o a Monte Pulchiano: ele me disse que nom sabia de mais que mandar lhe dizer esta molher que polas razõis que digo tinha feyto isto em vida de seu marido, e que nem sabia que mostẽiro era nem como se chamava: eu lhe disse que todavia devia descrever a Vossa Alteza sobre este negoceo porque me dizião ser de seu padroado: e ho negoceo eu ho defendera se tivera procuração de Vossa Alteza ou algũa outra cousa de que me pudera ajudar, mas como nom vejo nada nom sey ho que poderei fazer, e Vossa Alteza me manda ca que me ponha por sua parte a algũas littes a que nom posso ser admetido sob nome de embaxador: devia ordenar mandar se procuração assy para hos mestrados como lhe tenho escrito, e pera outras cousas que cada dia ca socedem: e creo que fosse tambem seu serviço mandar que se me emvyasse hũa memorya dos mosteiros do

seu padroado para ho que soceder. E veja se sera seu serviço mandar tomar posse deste mosteiro antes que de ca vão letras, que me parece que nom tardarão de ir logo. E eu aviso Lourenço Pirez para que se lhe parecer bem, avise ao corregedor da comarca de Braga, para que logo tome esta posse, porque eu por si ou por não nom me parece que se perde nisso nada: e eu emtretanto darey disso hũa palavra ao papa e verey ho que ca posso fazer.

Por este emvyo a Vossa Alteza ho decreto do concylio e assi ho mais que se escreveo ao papa sobre isso que Sua Sanctidade mandou que me dessem para lhe emvyar e outro duplicado mandarey por terra polo correo que digo, porque ho cardeal Tornon me deu carta para ho Mondovi, e ho mar anda tão çujo que ey medo que tomem este, porque se diz que hos dias passados duas companhias de tudescos que se aqui fizerão para Napolles huns xxx que se meterão nũa barca por nom irem por terra, hos tomarão has fustas que andão por esta costa; e Diogo da Silva me escreveo que mandava outro que tambem ira por mar, de que tenho ho mesmo receo, e me parece que nom podera levar tão meudamente este negoceo como ho que emvyo a Vossa Alteza.

Das tregoas do papa com França se espera oje ate amanhan por todo dya ho que ho emperador nisso resolvera: e pollo correo que digo que emviarey irão hos avisos disto, porque ho papa tem mandado ao cardeal de Inmola que mos dee.

Das cousas de Turquia entendera Vossa Alteza pola carta de Thomas de Cernoça, que lhe con esta emvio, e he homem que avisa muy certo e que Vossa Alteza como lhe escrevy deve de folgar de lhe fazer merce do officio de consul da nação com ho que tinha Pedro Carolo, ou alomenos con parte disso, porque he homem utile e que tem muyto cuidado de servir no que naquela terra he necessario e asi buscar quem ho faça. E me parece tambem que Vossa Alteza devya de resolverse do que deve dar a hum homem destes que avise do Cayro, pois cunpre tanto ao estado da India, porque ainda me parece que por esta vya sera milhor servido, e com menos custo do que foi por Duarte Catanho e pelos mays que neste negoceo andarão.

Ho que nestas partes a de novo he que em Napoles a grande temor da vynda darmada do turco ha qual se cre que por todo este mes sera saida e Salin Arraiz passou ja a Argel com nove gales e fazendo aguada em Cecilia lhe tomarão quatro ou cinco turcos, hos quais dão estas

mesmas novas darmada, que ho Salin Arraiz ya por governador a Argel: e como digo Napoles se fortefica a toda furia, e fazem hũa contramina debaixo da terra no castelo de Santelmo: e assy fizerão hum cavaleyro porque se temem do princepe de Salerno se junte com ha armada, e que segundo he bem quisto no reyno e ho virrey esta em odyo de todos nom deyxarão de ter trabalho. E despachou ho virrey hum gentil homem a Spruch, donde manda fazer oito bandeiras de tudescos, e assi com hos espanhois que Vossa Alteza ja la tera sabido porque non quer fiar nenhũa cousa dos da terra.

Napoles deu agora ao emperador oito cemtos mil escudos pagos em dous annos, e ao vyrey xx mil de presente no seu casamento que ele diz que nom tomara sem licença do emperador e Cecylia me dizem que da 300000.

Da corte do emperador a aqui letras de Spruch, de sette em que diz elrey de Romãos ser vindo aly a dar conta do que passava com Mauritio, e se tem que se fara dieta para ver se se podera aver algum modo dacordo, ou tambem se nom ouver pera isso ordem se de ha que for necessaria pera castigo dos rebeis: e ho marques Alberto esta sobre Ulma outra vez, que ha passada nom fez mais que queimarlhe hos lugares de derredor quando se levantou.

Elrey de França fez em Lorrena jurar por duque ao duquinho, e assy por tutor, e ho mandou a França: cresse que elrey vira sobre Argentina, e que fara pouco efecto se nom tiver algum tratado dentro.

Ho emperador se diz que vay emtretendo ate virem hos espanhois que espera, e vindo se fara gente da terra e sayra em campo: e afirmão que ha raynha Marya tem treze mil cavalos e quorenta mil fantes.

Dom Francisco dEste he arribado a Spruch a dar seu desconto do que fez na Mirandula, porque ho mandou ay dom Fernando com tres mil e tantos fantes estando sobre hos fortes emtemdendo que ho cardeal de Ferrara mandava certa gente, e assy algũa que saya de Parma com hũa pequena escaramuça que teve ho primeiro dya com hos de dentro se levantou ao outro dya.

Hos franceses no Piamonte sayrão e tomarão hũa terra junto de Quirasco de pouca inportancia, e quiserão cercar outra, e fortificar esta: dom Fernando era saydo agora com tres mil e quinhentos espanhois e dous mil italianos e outros tantos tudescos, e quatrocentos homens darmas e quinhentos cavalos ligeyros do que soceder avisarey a Vossa Alteza.

Aqui me dizem que secretamente se fizerão duas bandeiras de gente para elrey de França e assy que se faz gente par elle no Venecyano e Bolognes. E ao presente nom a mays que diga senão que nosso Senhor ha vida e real estado de Vossa Alteza por longos annos guarde prospere e a seu santo serviço acrecente como deseja e eu peço a Deus de Roma oje quinze de Mayo de 1552.—As reaes mãos de Vosalteza beyja—*O comendador mor dom Affonso* [1].

Carta do commendador-mór ao secretario d'estado Pedro d'Alcaçova Carneiro

1552—Maio 16

Senhor—Porque ha poucos dias que screvi a Sua Alteza por Pero Coelho e depois por hũa estafeta de Genova e assi a Vossa Merce e tambem porque estou para despachar hum correo com a dispensa do principe e assi com os capitulos da tregua dantre o papa e estes principes e do mais que por ca ouver, nom serey nesta muito largo, e quis fazer estas regras por saber que esta este correo para partir a esta hora, e por enviar a Sua Alteza recado do que ca he passado no concilio, porque ainda que Diogo da Sylva me screve despachava hum correo todavia me pareceo que nom deixava de me ficar esta obrigação mayormente que nom tenho recado seu de ser partido e tambem nom sei se algũas cousas das que envio a Sua Alteza as tera elle la. E esqueceome de screver a Sua Alteza que o papa esteve determinado de mandar hum breve ao concilio de suspensão, e queria que viessem aqui de cada nação hum prelado para entenderem algum modo de reformação, e depois porque soube que estavão alguns bispos para se amutinarem como Sua Alteza vera pollo protesto que alguns delles fizerão lhe pareceo milhor conselho mandar hum breve de confirmação e que o concilio por si mesmo ordenassem a suspensão e com o seu breve se confirmasse, porque nom parecese que elle era o que o desejava de o suspender, e o que o moveo ha suspensão foi saber quam

[1] Arch. Nac., Corp. Chron., Part. 1.ª, Maç. 88, Doc. 29.—*Sôbrescrito:* A elRey meu Senhor.

alevantado o concilio ficou com o cardeal de Trento os nom as...rar quando o Marques Alberto meteo aquellas bandeiras em Augusta, e tambem os electores irense dũa maneira hum pouco mal hobediente porque mandarão pedir licença e sem sperarem resposta com a que tiverão do emperador se partirão e pareceo ao papa que seria pouca auctoridade sua poderem outros fazer o mesmo e assi ordenou este modo de sospensão.

Tambem com a pressa nom diguo a Sua Alteza como o pay do nuntio he falecido de nom poder ourinar e durou quatro ou cinquo dias: o mais que deixo de dizer screverei pollo que diguo que loguo ei de despachar porque amenhãa spero tirar do plumbo esta dispensa e pareceo me rezão mandala loguo porque se ja la for a princeza nom se spere por ella se o principe ouver de consumar o matrimonio, e por isso quis tambem dar este aviso a Sua Alteza porque se este for a salvamento tenha ja este recado: e com tanto nom tenho mais que digua senão que se Vossa Merce manda de ca algum serviço ja sabe com que vontade o farey. E Nosso Senhor sua muyto magnifica pessoa guarde e vida acrecente como deseja a que beijo as mãos. De Roma a XVI de mayo 1552—Servidor de vosa merce—*O comendador mor dom Affonso* [1].

Bulla do papa Julio III

1552—Maio 16

Julius episcopus servus servorum Dei ad futuram rei memoriam. Ad romani pontificis providentiam circunspectam pertinet gratias dispensationum matrimonialium que a sede apostolica in personarum quarumlibet presertim ex sanguine regio descendentium favorem pro tempore emanant ita dirigere quod persone ipse in contractis per eas postmodum matrimoniis semotis scrupulis quibuslibet et sana conscientia quiete valeant remanere. Dudum siquidem cum felicis recordationis Paulo papa III predecessori nostro plene ut asserebat innotuisset quod dilectus filius nobilis vir

[1] ARCH. NAC., Corp. Chron., Part. 1.ª, Maç. 88, Doc. 31.—*Sobrescrito:* Ao muyto magnifico Senhor o Senhor Pero d Alcaçova Carneiro secretario d El rey Meu Senhor e do seu conselho, Meu Senhor etc.

Johannes Portugallie princeps Johannis tertii Portugallie et Algarbiorum regis illustris primogenitus et dilecta in Christo filia nobilis mulier Johanna de Austria Caroli Quinti romani imperatoris semper augusti charissimorum in Christo filiorum nostrorum tunc suorum nata pro conservandis et augendis inter eos et illorum genitores ac consanguineos presertim ex dicto sanguine descendentes pacis et amicitie ac consanguinitatis federibus ac ex certis aliis causis ad id eorum animum moventibus desiderabant invicem matrimonialiter copulari sed quia duplici secundo consanguinitatis ex eo quod dictus Johannes rex et clare memorie Isabella dum in humanis ageret romane imperatrix ac prefatus Carolus imperator qui etiam tunc Hispaniarum rex catholicus existebat et charissima in Christo filia nostra tunc sua Catherina Portugallie et Algarbiorum regina illustris eorundem Johannis principis et Johanne de Austria genitores et genitrices ex charissima in Christo filia nostra tunc sua Johanna Castelle et Legionis regina ac inclite memorie Maria dum in humanis ageret Portugallie et Algarbiorum regina sororibus nati existebant ac etiam duplici et consanguinitatis ex eo quod dicti Johannes rex et Catherina regina ac Carolus imperator et Isabella imperatrix ex dictis Maria et Johanna reginis sororibus ut prefertur nati erant ac quarto similiter consanguinitatis ex eo quod insignis memorie Emanuel Portugallie rex dicti Johannis regis genitor et Johannis principis avus et gloriose memorie Isabella Caroli imperatoris et Catherine regine avia ac Johanne de Austria predictorum preavia ex fratre et sorore nati erant ac alio quarto etiam consanguinitatis ex eo quod dictus Emanuel rex Johannis principis avus et similis memorie Maximilianus romanis rex in imperatorem electus Johanne de Austria predictorum proavus similiter ex fratre et sorore nati erant et forsan aliis de causis de quibus Johannes princeps et Johanna de Austria prefati notitiam non habebant aliunde provenientibus gradibus infra tamen secundum et non proximiorem consanguinitatis gradum conjuncti existebant illorum desiderium in ea parte adimplere non poterant dispensatione apostolica desuper non obtenta prefatus predecessor ex premissis et certis aliis rationabilibus et sibi notis causis etiam si aliqua alia impedimenta tam ratione consanguinitatis quam affinitatis aut publice honestatis et justicie quorum dicti Johannes princeps et Johanna de Austria non recordarentur aut alias forent perinde ac si expressa et narata fuissent motu proprio et ex certa scientia ac de apostolice potestatis plenitudine necnon consideratione dicti Johannis regis eidem predecessori super eo humiliter

supplicantis cum Johanne principe et Johanna de Austria prefatis ac utroque eorum ut premissis et aliis pro expressis habitis impedimentis consanguinitatis et affinitatis hujusmodi vel alias ut premittitur non obstantibus matrimonium inter se invicem contrahere et in eo postquam contractum foret remanere valerent et uterque eorum valeret per suas litteras dispensavit decernens si aliquod impedimentum ex quacunque ratione et causa juris vel facti desuper apparuisset aut quecunque alia res supervenisset que hujusmodi matrimonium dirimere posset irritum et quotiens opus foret de novo cum Johanne principe et Johanna de Austria prefatis dispensatum esse et aliquid contra illud allegari aut objici non posse prolemque ex sic contrahendo matrimonio suscipiendam legitimam fore ac litteras ipsas de surreptionis seu obreptionis vitio vel intentionis sue defectu etiam ex eo quod gradus et impedimenta hujusmodi plenarie expressa seu prout existebant narrata non fuissent seu quovis alio pretextu occasione vel causa notari vel impugnari aut revocari vel in aliquo alterari non posse sed validas et efficaces existere suosque effectus sortiri sicque judicari et diffiniri debere ac irritum et inane si secus contigeret attemptari prout in eisdem litteris in quibus voluit quod Johannes princeps et Johanna de Austria prefati ut matrimonium hujusmodi Deo acceptius fecundius et felicius redderetur duabus nobilibus et pauperibus puellis dotem eorum arbitrio et conscientia constituerent plenius continetur. Cum autem sicut accepimus Johannes princeps et Johanna de Austria prefati litterarum hujusmodi vigore seu pretextu matrimonium inter se per verba alias legitime de presenti contraxerint et forsan carnali copula consumaverint in ipsoque matrimonio perpetuo remanere desiderent et a nonnullis asseratur litteras predictas pro eo quod Johannes princeps et Johanna de Austria prefatis etiam tempore datum earundem litterarum duplici secundo consanguinitatis non ut in ipsis litteris expressum fuit sed quia Johannes rex Johannis principis genitor ac Isabella imperatrix prefati Johanne de Austria predictorum genitrix frater et soror fuerant ac Carolus imperator Johanne de Austria genitor et Catherina regina predicti Johannis principis prefatorum genitrix similiter frater et soror erant et duplici tertio consanguinitatis etiam ex eo quod Maria regina Johannis regis et Isabelle imperatricis genitrix ac Johanna regina predicte Caroli imperatoris et Catherine prefatorum matres sorores germane extiterant provenientibus et forsan etiam diversis aliis etiam duplicibus aut multiplicioribus consanguinitatis et affinitatis secundis et tertiis ac quartis gradibus con-

juncti erant ac etiam pro eo quod dicti Emanuel rex et Isabella dicte Johanne de Austria proavia que dum viveret etiam Castelle et Legionis regina extitit non ex fratre et sorore ut in ipsis litteris expressum fuit sed ex duabus sororibus nati erant et de his in eisdem litteris expressa mentio facta non fuit surreptionis et obreptionis vicio subjacere ac Johanni principi et Johanne de Austria prefatis minus utiles reddi ipsosque desuper molestari ac super inde diversa scandala exoriri posse tempore procedente Nos qui scandalis ne veniant quantum cum Deo possumus libenter occurrimus eisdem Johanni principi et Johanne de Austria ne propterea dictarum litterarum frustrentur effectu providere eosque specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes et a quibusvis excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum presentium duntaxat consequendum harum serie absolventes et absolutos fore censentes necnon quecunque impedimenta tam ratione consanguinitatis quam affinitatis publice honestatis et justicie tam ex premissis quam alias quomodocunque provenientia dummodo infra secundum et non proximiorem gradum consistant eorumque qualitates et circunstantias presentibus pro plene et sufficienter expressis habentes motu proprio non ad eorundem Johannis principis et Johanne de Austria vel alterius eorum seu alicujus pro eis seu eorum altero nobis super hoc oblate petitionis instantia sed de nostra mera liberalitate ac ex certa nostra scientia et de apostolice potestatis plenitudine consideratione dicti Johannis regis nobis super hoc per dilectum filium Alfonsum d Alencastro preceptorem majorem militie Jesu Christi ejusdem Johannis regis consobrinum et apud nos ac dictam sedem oratorem humiliter supplicantis volumus ac Johanni principi et Johanne de Austria prefatis apostolica auctoritate concedimus quod littere predicte cum omnibus et singulis in eis contentis clausulis ac per illas eisdem Johanni principi et Johanne de Austria concessa dispensatio necnon ut prefertur inter eos contractum matrimonium hujusmodi et inde secuta quecunque valeant plenamque roboris firmitatem obtineant et eis suffragentur suosque plenarios effectus sortiantur in omnibus et per omnia ac sine ulla prorsus differentia perinde ac si in dictis litteris quod Johannes princeps et Johanna de Austria prefati duplici secundo consanguinitatis non ut in ipsis litteris expressum fuit sed quia Johannes rex Johannis principis genitor ac Isabella imperatrix prefati Johanne de Austria predictorum genitrix frater et soror fuerant

ac Carolus imperator Johanne de Austria genitor et Catherina regina predicti Johannis principis prefatorum genitrix similiter frater et soror erant et duplici tertio consanguinitatis etiam ex eo quod Maria regina Johannis regis et Isabelle imperatricis genitrix ac Johanna regina predicte Caroli imperatoris et Catherine regine prefatorum matres sorores germane extiterant provenientibus et forsan etiam diversis aliis etiam duplicibus et multiplicioribus consanguinitatis et affinitatis secundis et tertiis ac quartis gradibus conjuncti erant et quod dicti Emanuel rex et Isabella regina non ex fratre et sorore sed ex duabus sororibus nati erant expressa mentio facta ac predicta et forsan alia inter eos quominus matrimonium hujusmodi contrahere possent quomodocunque infra tamen secundum et non proximiorem gradum impedimenta et obstacula eorumque circunstantie et qualitates ac alia ad id requisita plene et sufficienter declarata et specificata fuissent et super eis omnibus ad effectum matrimonii hujusmodi dictus predecessor ex certa sua scientia desuper dispensavisset prout nos pro potiori cautela cum eisdem Johanne principe et Johanna de Austria ut predictis et quibusvis aliis quominus matrimonium hujusmodi validum esse possit quomodolibet provenientibus impedimentis quovismodo nuncupatis etiam si impedimenta hujusmodi tam ratione consanguinitatis quam affinitatis ac publice honestatis et justicie ac cognationis spiritualis etiam ex diversis stipitibus capitibus et personis etiam multiplici modo proveniant aliisque contrariis non obstantibus in dicto sic per eos contracto matrimonio remanere libere et licite valeant eadem auctoritate tenore presentium de specialis dono gratie dispensamus decernentes et declarantes prolem ex dicto matrimonio forsan susceptam et suscipiendam legitimam fore ac quodcunque impedimentum aut obstaculum juris vel facti quod ex quocunque capite ratione vel causa apparuerit quominus matrimonium hujusmodi validum esse debeat irritum et inane ac desuper quotiens opus fuerit cum Johanne principe et Johanna de Austria prefatis etiam cum legitimatione prolis hujusmodi ac alias sufficienter et de novo ex nunc prout ex tunc et e contra dispensatum fuisse Necnon presentes de surreptionis vel obreptionis vicio etiam ex eo quod gradus et impedimenta hujusmodi plenarie expressa eorumque circunstantie et qualitates specialiter specificate seu prout existunt hic narrata vel alia ad id forsan requisita observata non fuerunt seu quovis alio pretextu jure occasione vel causa notari vel impugnari aut in aliqua earum parte inutiles reddi non posse sed validas et efficaces existere suosque plenarios effectus sortiri ac eisdem Johanni principi et

Johanne de Austria in utroque foro suffragari debere sicque per quoscunque quavis auctoritate fungentes judices et alias personas etiam causarum palatii apostolici auditores ac sancte romane ecclesie cardinales eorumque collegium sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate et auctoritate judicari et diffiniri ac interpretari debere ac irritum et inane quicquid secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari omnesque et singulos juris et facti defectus etiam speciali nota et expressione dignos si qui forsan intervenerint in eisdem supplentes non obstantibus premissis ac quibusvis constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon omnibus illis que prefatus predecessor in dictis litteris voluit non obstare ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis voluntatis concessionis dispensationis decreti declarationis et suppletionis infringere vel ei ausu temerario contraire Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominice Millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo. Decimoseptimo kalendas Junii Pontificatus nostri Anno Tertio [1].

Breve do papa Julio III a el-Rei

1552—Maio 20

Julius Papa III—Charissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecisti quod alias postquam pro parte clarae memoriae Emanuelis Portugalliae et Algarbiorum regis genitoris tui felicis recordationis Julio papa II praedecessori nostro exposito quod cum tam ipse quam antea insignis memoriae Joannes etiam Portugalliae et Algarbiorum rex tunc in humanis agens inter merces quas ad mauros et Ethiopes ac Indos commercii gratia mittere solebant, metalla et alias res quandoque transportari curassent, et ad illa transportandum nonnullis christifidelibus licentiam concessissent, licet ex commercio hujus-

[1] Arch. Nac., Maç. 37 de Bullas, num. 73.

modi praefati christifideles non modicum commodum reportarent, verisimiliterque crederetur, quod mauri ethiopes et indi praefati occasione mercium ipsarum facilius ad christifidem adduci possent. Tamen ipse Emanuel rex se ipsum ac etiam Joannem Regem et christifideles praefatos in excommunicationis ac alias censuras et poenas ecclesiasticas propterea incidisse dubitabat, dictus praedecessor praefati Emanuelis in ea parte supplicationibus inclinatus eosdem Joannem et Emanuelem reges, ac omnes et singulos eorum vassallos et habitatores suorum regnorum et dominiorum qui de licentia eorundem Emanuelis et Joannis regum dicta metalla et merces ad mauros ethiopes ac indos praefatos eatenus absque licentia sedis apostolicae misissent et portassent ab excommunicationis sententiis ac aliis censuris et poenis tam in bulla in die cenae Domini legi consueta quam per constitutiones apostolicas contra tales latis et publicatis siquas propterea incurrissent absolverat, ac habitatoribus praefatis tunc presentibus et futuris, ut de licentia ejusdem Emanuelis ac pro tempore existentium Portugalliae et Algarbiorum regum cujusvis generis metalla etiam aenia et alias merces ad dictos mauros ethiopes et indos dum et quandiu in pace cum Emanuele rege et successoribus praefatis ac aliis christianis essent portare et mittere libere et licite valerent licentiam concesserat, prout in litteris apostolicis desuper confectis dicebatur plenius contineri, Tu proinde considerans quod ex commercio hujusmodi eisdem vassallis et subditis tuis christifidelibus commodum et utilitas proveniebant, et quod si vassalli et subditi praefati a commercio hujusmodi abstinuissent, ipsi mauri ethiopes et indi infideles medio aliorum infidelium res et merces commercii hujusmodi sibi comparassent, et exinde dicti vassalli et subditi fideles emolumento per eos ex commercio hujusmodi haberi solito destituti remansissent, emolumentumque ipsum eisdem infidelibus cessisset vigore seu pretextu litterarum praedecessoris hujusmodi diversos equos ex terris dictorum infidelium oriundos et ab eorundem equorum dominis infidelibus tuis propriis seu subditorum tuorum pecuniis coemptos, necnon diversa metalla aenea et cuprea pro majori parte monetata ex quibus arma offensiva commode conflari non poterant, ac alias merces ad mauros ethiopes et indos praefatos ac alios infideles transportari fecisti, et dubitans ne vassalli et subditi tui praefati existimantes se super eo licentiam impetrare non posse, equos et metalla ac merces hujusmodi non sine evidenti animarum suarum periculo ad eosdem infideles occulte transportarent eis ad id faciendum licentiam et facultatem concessisti, et quia juxta

earundem litterarum tenorem, metalla et aliae merces hujusmodi infidelibus in pace cum pro tempore existente Portugalliae et Algarbiorum rege ac aliis christianis existentibus duntaxat et non aliis vendi debent, et facile contingere potuit et poterit in futurum quod equi metalla et aliae merces hujusmodi postquam in potestate infidelium in pace cum rege Portugalliae et aliis christianis ut praefertur viventium pervenerunt ad aliorum infidelium in simili pace non viventium manus indirecte devenerint et in posterum deveniant, Tu etsi commercium ipsum pro fidei catholicae propagatione et reipublicae christianae commodo et moneta ipsa cuprea pro expensis per te in bello tam in Indiarum et Affricae quam Brasilii partibus subeundis, militantiumque salario persolvendo valde necessaria fuerint et sint de presenti, Nihilominus dubitas te et vassallos ac subditos tuos praefatos propterea in excommunicationis aliasque ecclesiasticas sententias censuras et poenas incidisse. Quare cum bonarum mentium sit culpam timere, etiam ubi culpa non est, Tu asserens ex venditione equorum hujusmodi aliquod damnum reipublicae christianae non inferri cum inter christianos et infideles praefatos bellum navigio ut plurimum geratur, nec equi et metalla ac aliae merces hujusmodi ad eosdem infideles transportentur, nisi quando id tibi et tuis locumtenentibus opportunum videtur, et si quandoque ex commercio hujusmodi aliquod damnum evenire possit id solum in tui et vassallorum ac aliorum subditorum tuorum praejudicium cessurum esset cum mauri ethiopes et indi cum quibus commercium hujusmodi fieri consuevit nunquam contra alios christianos bellum gerant, aut eos in aliquo offendant, seu offendere possint, ac si tibi et per te nomine nostro vassallis et habitatoribus praefatis licentia equos et metalla ac alias merces hujusmodi ad eosdem mauros ethiopes et indos transportandi concedatur, te pro tuo interesse equos metalla et merces hujusmodi solum quando id tibi expediens esse videbitur transportaturum, ac ea transportandi vassallis et habitatoribus praefatis licentiam concessurum, et exinde eosdem vassallos et subditos tuos videntes se licentiam ipsam a te aliquando impetrare posse ab equorum et metallorum et aliarum mercium hujusmodi absque tua licentia transportatione cessaturos, et si eos et ea te inconsulto transportare praesumpserint, te in eos tanquam tunc evidenti et probata malitia non autem necessitate delinquentes animadversurum esse per dilectum filium Alfonsum de Lencastro praeceptorem majorem militiae Jesu Christi Cisterciensis ordinis consobrinum et apud nos ac dictam sedem oratorem tuum nobis humiliter supplicari fecisti ut tibi

ac vassallis et subditis tuis praefatis, necnon aliis qui de licentia tua vel alias ad mauros ethiopes indos brasilios et alios infideles praefatos equos metalla et merces hujusmodi transportarunt, et transportari fecerunt, de absolutionis beneficio, aliasque in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur litterarum hujusmodi veriores tenores, necnon metallorum et aliorum mercium praedictorum qualitates quantitates ac veros valores presentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Te ac omnes et singulos vassallos tuos, et quascunque alias personas quae de licentia tua vel alias ad mauros ethiopes indos brasilios ac alios infideles in simili pace existentes, equos et metalla et aenea et cuprea etiam non monetata, ac alias merces transportarunt et transportari fecerunt ac vendiderunt, etiam si postmodum equi metalla et aliae merces hujusmodi ad manus infidelium in dicta pace non viventium directe vel indirecte devenerint ab excommunicationis aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et poenis tam in bulla in die cenae Domini hujusmodi legi consueta contentisque alias quomodolibet latis siquas propter praemissa quomodolibet incurristis, aut in eas incidistis seu incurrisse et incidisse dici aut censeri potestis auctoritate apostolica tenore presentium absolvimus penitus et liberamus ac absolutos et liberatos fore et esse nunciamus, Ac tibi quod de cetero tu et de tua licentia vassalli et subditi tui ac regnorum et dominiorum tuorum habitatores praefati equos et metalla etiam aenea et cuprea etiam non monetata duntamen ex metallis hujusmodi consideratis eorum qualitate et quantitate et locorum distantia in quae transportantur verisimile sit quod ex eis bellica tormenta per quae reipublicae christianae nocumentum aliquod inferri possit confici non possint super quo tuam conscientiam oneramus, ac alias merces hujusmodi ad mauros ethiopes indos brasilios et alios infideles praefatos etiam in pace tecum vel cum tuis capitaneis et gubernatoribus non existentes mittere et transportare, illaque vendere ac ratione venditionum hujusmodi quaecunque vobis exhibita recipere, illaque absque aliquo conscientiae scrupulo in vestros usus et utilitatem convertere libere et licite valeatis licentiam et facultatem concedimus, ac te necnon vassallos et habitatores praefatos occasione transportationis equorum et metallorum etiam non monetatorum ut praefertur ac aliarum mercium ad infideles eosdem in pace vel bello viventes illarumque venditionum excommunicationis et alias censuras et poenas praedictas, seu earum aliquas incurrere non posse neque debere statuimus et decernimus, Non obstan-

tibus praemissis ac apostolicis, necnon in provincialibus et sinodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem quod poenitentiam per confessorem quem super hoc duxeritis eligendum vobis propterea injungendam adimplere omnino teneamini. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die xx Maii M.D.LII. Pontificatus nostri Anno Tertio.— *Gal. Aquinas*[1].

Bulla do papa Julio III a el-Rei

1552 — Junho 27

Julius episcopus servus servorum Dei Charissimo in Christo filio Johanni Portugallie et Algarbiorum Regi Illustri salutem et apostolicam benedictionem. Gratie divine premium et humane laudis preconium acquiritur si per seculares principes ecclesiarum prelatis presertim pontificali dignitate preditis opportuni favoris presidium et honor debitis impendatur. Hodie siquidem venerabilem fratrem nostrum Gundisalvum episcopum Visensem nuper Tingensem a vinculo quo ecclesie Tingensi cui tunc preerat tenebatur de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes ipsum ad ecclesiam Visensem tunc certo quem pro expresso haberi voluimus modo pastoris solatio destitutam de simili consilio apostolica auctoritate transtulimus ipsumque illi in episcopum prefecimus et pastorem curam et administrationem ipsius ecclesie Visensis sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum itaque fili charissime sit virtutis opus Dei ministros benigno favore prosequi ac eos verbis et operibus pro regis eterni gloria venerari Majestatem tuam regiam rogamus et hortamur attente quatenus eundem Gundisalvum episcopum et prefatam ecclesiam Visensem sue cure commissam habentes pro nostra et apostolice sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis juribus suis sic eos benigni favoris auxilio prosequaris quod idem Gundisalvus episcopus tue celsitudinis fultus presidio in commisso

[1] Arch. Nac., Maç. 6 de Bullas, num. 5.—*Sobrescrito:* Charissimo in Christo filio nostro Joanni Portugalliae et Algarbiorum Regi Illustri.

sibi cure pastoralis officio possit Deo propitio prosperari ac tibi exinde a Deo perennis vite premium et a nobis condigna proveniat actio gratiarum. Datum Rome apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominice Millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo Quinto kalendas Julii Pontificatus nostri Anno Tertio [1].

Bulla do papa Julio III a el-Rei

1552—Junho 27

Julius episcopus servus servorum Dei Charissimo in Christo filio Johanni Portugalie et Algarbiorum Regi Illustri salutem et apostolicam benedictionem. Hodie monasterium Sancti Michaelis de Bostello ordinis Sancti Benedicti Portugalensis diocesis tunc certo modo quem haberi voluimus pro expresso vacans dilecto filio Emanueli d'Azevedo rectori parrochialis ecclesie beate Marie Ville D'ança Colimbriensis diocesis per eum quoad viveret tenendum regendum et gubernandum de fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate commendavimus curam regimen et administrationem ipsius monasterii sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum itaque fili charissime sit virtutis opus Dei ministros benigno favore prosequi ac eos verbis et operibus pro regis eterni gloria venerari Majestatem tuam regiam rogamus et hortamur attente quatenus eundem Emanuelem commendatarium et prefatum monasterium sue cure commissum habens pro nostra et apostolice sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis juribus suis sic eos benigni favoris auxilio prosequaris quod idem Emanuel commendatarius in commisso sibi dicti monasterii regimine possit Deo propitio prosperari ac tibi exinde a Deo perennis vite premium et a nobis condigna proveniat actio gratiarum. Datum Rome apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominice Millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo Quinto kalendas Julii Pontificatus nostri Anno Tertio [2].

[1] Arch. Nac., Maç. 9 de Bullas, num. 2.
[2] Arch. Nac., Maç. 6 de Bullas, num. 39.

Carta d'el-Rei ao commendador-mór

1552—Agosto 19

Comendador mor sobrinho amigo. Eu ElRey vos envio muito saudar como aquelle que muito amo. Pella muita devação que tenho ao bem aventurado Sam Gonçalo damarante e por mo pedirem os padres da ordem de Sam Domingos de que elle foi, dezejo muito que se reze delle neste reino, e porque os ditos padres tem começado a entender ja nisso e tirado suas provas e feitas qua as diligencias necessarias pello nuntio do Sancto Padre que em minha corte reside, e enviadas a essa, vos encomendo muito que com muita instancia peçaes a Sua Sanctidade que o queira assi conceder pois por os merecimentos deste bem aventurado sancto de que tantos milagres cada dia vemos que Nosso Senhor fas por elle, ha tanta rezão pera assi ser, e que em tudo o que pera effecto do sobredito comprir e for necessario aô padre frei Julião que la anda o ajudeis e favoreçais porque receberei eu disso contentamento e volo agardecerei muito, escrita em Lisboa a 19 dagosto de 1552.—*Rey*[1].

Carta de Lipomano, bispo de Verona, a el-Rei

1552—Agosto 22

Serenissimo Rè mio Signore sempre ossechiosissimo et colendissimo. Partendo di quà il signore D. Diego da Silva ambasciatore di Vostra Maestà per venir alla volta di Portogallo, non ho voluto pretermettere di salutarla et farle con ogni humiltà la debita riverentia con la presente mia; non senza pregarla che mantenendomi nella sua buona gratia si

[1] *Copia, no* Arch. Nac. *Livro que tem na lombada* M. S. *fol.* 53.—*Sobrescrito:* Por El-Rey. A Dom Affonso dalencastro seu muito amado sobrinho, comendador mor da ordem de Nosso Senhor Jesu Christo e seu embaxador na corte de Roma.

degni disponer della persona mia, et del mio vescovato, come che veramente siano suoi, in ogni occasione, et se occorresse cosa alcuna alla Maestà Vostra ond'ella potesse qui in Italia adoprar' la servitù mia, supplico lei mi voglia far tanto favore di commandarmi à baldezza, mostrando ch'io anchora non sia escluso dal numero de'suoi servitori; perche le prometto che quantunche ella n'habbi gran copia et de'sufficientissimi in ogni parte del mondo, non truovara però alcuno, che di fedeltà, di diligenza, et d'amorevolezza avanzi il di Vostra Maestà affettissimo benche minimo servo il vescovo di Verona. Cosi pregando il Signor Dio, che le doni ogni felicità insieme con la serenissima Regina, li serenissimi Prencipe et Prencipessa, et li illustrissimi signori Infanti et Infante, inchinevolmente le bascio la mano. Di Verona li XXII d'Agosto del LII. Di Vostra Serenissima Maesta deditissimo servo — *A. Lipomano indegno vescovo di Verona*[1].

Bulla do papa Julio III a el-Rei

1552 — Agosto 24

Julius episcopus servus servorum Dei Charissimo in Christo filio Johanni Portugalie et Algarbiorum regi illustri salutem et apostolicam benedictionem. Gratie divine premium et humane laudis preconium acquiritur si per seculares principes ecclesiarum prelatis presertim pontificali dignitate preditis opportuni favoris presidium et honor debitus impendatur. Hodie siquidem venerabilem fratrem nostrum Rodericum episcopum Portugalensem nuper Angransem a vinculo quo ecclesie Angransi cui tunc preerat tenebatur de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes ipsum ad ecclesiam Portugalensem certo tunc expresso modo pastoris solatio destitutam de simili consilio apostolica auctoritate transtulimus ipsumque illi in episcopum prefecimus et pastorem curam et administrationem ipsius ecclesie Portugalensis sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum itaque fili charissime sit virtutis opus Dei

[1] Arch. Nac., Gav. 20.ª, Maç. 13, num. 63.— *Sobrescrito:* Al Serenissimo et Invitissimo Rè di Portogallo mio Signore.

ministros benigno favore prosequi ac verbis et operibus pro regis eterni gloria venerari Majestatem tuam regiam rogamus et hortamur attente quatenus eundem Rodericum episcopum et prefatam ecclesiam Portugalensem sue cure commissam habens pro nostra et apostolice sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis juribus suis sic eos benigni favoris auxilio prosequaris quod idem Rodericus episcopus tue Celsitudinis fultus presidio in commisso sibi cure pastoralis officio possit Deo propicio prosperari ac tibi exinde a Deo perennis vite premium et a nobis condigna proveniat actio gratiarum. Datum Rome apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominice Millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo Nono kalendas Septembris Pontificatus nostri Anno Tertio [1].

Bulla do papa Julio III a el-Rei

1552 — Agosto 24

Julius episcopus servus servorum Dei Charissimo in Christo filio Johanni Portugallie et Algarbiorum Regi Illustri salutem et apostolicam benedictionem. Gratie divine premium et humane laudis preconium acquiritur si per seculares principes ecclesiarum prelatis presertim pontificali dignitate preditis opportuni favoris presidium et honor debitus impendatur. Hodie siquidem ecclesie Angransis tunc ex eo quod nos etiam hodie venerabilem fratrem nostrum Rodericum episcopum Portugalensem nuper Angransem a vinculo quo dicte ecclesie cui tunc preerat tenebatur de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes ipsum ad ecclesiam Portugalensem tunc certo modo vacantem de simili consilio apostolica auctoritate transtulimus preficiendo ipsum illi in episcopum et pastorem per translationem hujusmodi pastoris solatio destitute de persona dilecti filii Georgii electi Angransis nobis et fratribus nostris ob suorum exigentia meritorum accepta de fratrum eorundem consilio dicta auctoritate providimus ipsumque illi in episcopum prefecimus et pastorem curam et administrationem ipsius ecclesie Angransis sibi in

[1] Arch. Nac., Maç. 30 de Bullas, num. 19.

Por Joham Framcisco Canobio receby o breve de Vosa Samctidade jumtamente com a bulla per que lhe aprouve fazer legado a latere em todos meus regnos e senhorios ao cardeal ymfamte meu yrmaão, e aymda que esta obra fose muy propia de quem Vossa Samctidade he e muy necesaria para o que comvem ao serviço de noso Senhor todavia nam poso deixar de receber nela tam gramde merce de Vosa Samctidade quam gramde conheço que foy o amor com que ma fez e respecto que me them que eu tamto ystimo como he rezam, esperamdo que se ofereça poder Vosa Samctidade conhecer de mim que tudo lhe merece filho que tamto amor e obediemcia lhe them como lhe eu tenho E porque ao comemdador moor etc. screvo que de minha partte beije a Vosa Samctidade os pees por esta merce e lhe digua mays largamemte o gramde comtemtamento que me dela fiqua e asy como o cardeal meu yrmaão a tem aceptada e exercita o dicto careguo, a ele me remetto. E peço muy afectuosamemte a Vosa Samctidade que em huũa matheria e na outra lhe queira dar ymteiro credicto o que receberey de Vosa Samctidade em muy simgular merce[1].

[1] *Minuta sem data*, no Arch. Nac., Collecç. de S Vicente, Liv. 6, fol. 253.—*Nas costas:* Para o papa. Reposta do breve que trouxe Canobio.

Carta d'el-Rei ao commendador-mór

1554 — Março 29?

Comendador mor — O Santo Padre me escreveo huum breve por João Francisco Canobio sobre dom Miguel da Silva cuja sustancia deixo de vos referir porque alem do que me escrevestes que vos fora falado pelo bispo de Carpentras da parte de Sua Santidade sobre esta materia me enviastes o trelado do dito breve. Direys nela de minha parte a Sua Santidade que eu vejo bem o zelo com que se move a me neste caso falar que he conforme ao que em tudo tem, e que com quanto eu me podera logo na reposta dele resolver, todavia vendo que Sua Santidade me escrevia, quis primeiro de o fazer cuidar bem nela E que com verdade lhe poso afirmar que tão esquecido estava ja de dom Miguel que se Sua Santidade me não escrevera sobre ele quasi me não lenbrava e que asaz prova deve ser diso sendo suas cousas da calidade que Sua Santidade sabe (porque forão elas taes que não poderia deixar de ter delas muyta noticia) não lhe mandar (depois de o noso Senhor por no lugar em que Sua Santidade estaa) dizer o que nelas era pasado, pelo que lhe peço que pois eu me nam quero dele lenbrar e procuro não trazer a memoria culpas que nunca se deveram esquecer crea que estar este caso da maneira que agora estaa ante mym he o que mais compre a dom Miguel porque se asy ouvese de ser que do que me Sua Santidade escreve acerqua dele se ouvese de tratar, converia tratar eu tãobem com Sua Santidade do que toca acerqua de mym de que se poderia mal colher o que parece a dom Myguel que lhe convem. Do que vos Sua Santidade responder me avisareys [1].

[1] *Minuta sem data, no* Arch. Nac., Collecç. de S. Vicente, Liv. 6, fol. 259.—*Nas costas:* Para o comendador mor sobre Dom miguel.

Carta d'el-Rei a Julio Radino

1554—Março 29?

Julio Oradino. Receby vosa cartta e por ela e pelo que o comemdador moor etc. me screve vejo a muito boa vomtade com que fazeys todas minhas cousas e a que mostraes ter para elas que vos eu agradeço muito e por muy certto tenho que da merce que o Santo Padre fez ao cardeal meu irmaão em o fazer legado a latere destes reynos vos caberia a vos tamta partte de comtemtamento como dizeys, e por iso e por todas as outras rezões folgarey no que se oferecer mostrar vos sempre a muito boa vontade que vos tenho[1].

Carta d'el-Rei para o decano Fabio Corombono

1554—Março 29?

Para o decano

Fabio Corombono, o comemdador moor etc. me escreveo como vos cometera a proteiçam de minhas cousas pola muita booa vomtade que em vos achava para todas elas, e na maneira de como as fazieys, que vos eu agradeço muyto; e vos deveys ter por muy certto que semdo a vosa tal nam podereys deixar dachar a minha tam certta para o que vos comprir como vosa booa vomtade me obrigua: pelo que vos roguo sempre nas minhas cousas folgueys de fazer o boom oficio que eu de vos espero[2].

[1] *Minuta sem data, no* Arch. Nac., Collecç. de S. Vicente, Liv. 6, fol. 296.
[2] *Minuta sem data, no* Arch. Nac., Collecç. de S. Vicente, Liv. 6, fol. 296.

Carta d'el-Rei ao cardeal Peguino

1554 — Março 29?

Para o cardeal Peguino

Reverendissimo in Christo padre etc. O comemdador moor etc. me screveo a muito booa vomtade que em vos achava para todas minhas cousas e aymda que eu asy o devese esperar de vos pela que vos eu tenho todavia muitto prazer receby em o saber por ele; pelo que me pareceo dever vos fazer certo que no que vos comprir a achareys sempre em mym muy conforme ao que vos mereceys [1].

Carta d'el-Rei ao cardeal Santafiore

1554 — Março 29?

Santa Frol

Reverendissimo in Christo padre etc. Por o doctor Amtonio Lopez receby vosa cartta de XXI dagosto e por ela e pelo que me screve o comendador mor vejo o boom ooficio que fizestes com o Santo Padre em todo este neguocio da legatia do cardeal meu irmão que por ser de tamto serviço de noso Senhor e por yso de tamanho meu comtemtamento ouve de vos muy simgular prazer, e o ystimo tamto como he rezam pela vomtade com que sey que o fizestes: e no que de mym vos comprir achareys a minha muy certa e muyto conforme ao que vos mereceys [2].

[1] *Minuta sem data, no* Arch. Nac., Collecç. de S. Vicente, Liv. 6, fol. 296 v.°
[2] *Minuta sem data, no* Arch. Nac., Collecç. de S. Vicente, Liv. 6, fol. 297.

Carta d'el-Rei ao cardeal de Medicis

1554—Março 29?

Para o cardeal de Medicis

Reverendissimo etc. Com a cartta que m escrevestes de xxi dagosto receby muito prazer porque vejo n ela e no que me screve o comendador mor o que vos tivestes da comcesam que o Santo Padre fez da legatia destes regnos ao cardeal meu irmaão; e por muy certto tenho tudo o que me dizeys de vosa boa vomtade para minhas cousas e vos deveys de crer que a minha sera a mesma para o que vos tocar e de mym vos comprir [1].

Carta d'el-Rei ao thesoureiro do papa Francisco de Aspra

1554—Março 29?

Para o thesoureiro do papa

Francisco de Aspra, vy a cartta que me escrevestes de xxiii dagosto, com que receby muito comtemtamento por saber por ela e pelo que me screve o comemdador moor etc. a boa vomtade com que tratastes e fezestes tudo o que tocava ao negocio da legatia do cardeal meu irmão n estes regnos e a que mostrastes na expediçam dela que eu ystimo tamto como he rezam; e no que se oferecer e vos comprir de mym folgarey de vos mostrar a muyto boa vontade que vos tenho [2].

[1] *Minuta sem data, no* Arch. Nac., Collecç. de S. Vicente, Liv. 6, fol. 297 v.º

[2] *Minuta sem data, no* Arch. Nac., Collecç. de S. Vicente, Liv. 6, fol. 298.—*Nas costas:* Roma—Repostas que se fizeram aos cardeaes Peguino Medicis Santa Frol etc.

Carta d'el-Rei ao commendador-mór

1554—Março?

Comemdador moor etc. creo que tereys emtemdido o fructo que tem feito a samta imquisiçam neste regno e quam necesaria he nele moormente nestes tempos pelo muyto serviço que se faz a noso Senhor no exalçamento de nosa samta fee catolica e como este samto oficio nam tem remda propia para sustemtaçam necesaria dos oficiaes e gastos dele semdo cousa tam ymporttamte pelo que me pareceo dever ordenarlha e suplicar ao samto padre que de meu comsemtimemto queira e aja por bem comceder im perpetuum sobre cada huum dos arcebispados e bispados de meus regnos as pemsões que se comtem na imformaçam que com esta sera para as despesas da samta imquisiçam as quaes em soma fazem huum comto e meo de reis e ysto quamdo quer que daquy em diamte acomtecer vagarem, nam prejudicamdo porem aos modernos arcebispos e bispos que estam providos, visto como o carguo da samta imquisiçam toqua tambem a cada huum dos ditos arcebispos e bispos em suas dioces *(sic)* o qual eles nam podem comprir tam bem e com tamto fructo universal como se faz e pode fazer no jeral oficio da samta imquisiçam destes regnos: muito vos emcomemdo que de minha partte deys comta disto a Sua Santidade e lhe peçaes o sobredito e comteudo na dita imformaçam e procureys por expedir diso as bullas necesarias na mays ampla forma e com as mays eficazes e oportunas clausulas que vos bem parecer declaramdo por juizes executtores dela os comteudos na dita imformaçam.

Tambem thereys sabido os escamdalos que se seguem de se ympetrarem juizes fora do regno e quam pouco noso Senhor diso se serve poys he ocasiam de se nam castigarem os culpados pelos delictos que cometem, e para tornarem a cair loguo em outros, pelo que pedireys a Sua Santidade de minha partte que visto tudo ysto aia por bem de me comceder a mim e a coroa de meus regnos e aos reys meus sobcesores que pelo tempo forem que taes juizes e executores apostolicos se nam ympetrem fora de meus regnos e que ympetramdose nam valham nem se guardem seus procedimentos com todas as mays clausulas que se comtem

em huũa imformaçam que com esta vos emvio, porque comcedemdo m o Sua Santidade d esta maneira sera a justiça milhor administrada e as parttes se guardara seu direito: e ysto procurareys por aver com toda imstamcia na maneira declarada na dita imformaçam.

Por via do licenciado Bras d Alvyde vos screvy d aquy a xxix d octubro pasado sobre o crime nefando e sobre o breve revocatorio dos christãos novos e vos mamdey as carttas que me emviastes pedir pera os cardeays: tereys muito cuidado de aver o que n estes dous casos vos screvy que ouveseys e de me avisardes do que n iso pasa por ser cousa que muito importa.

Porque de nam aver quem castigue os isemtos e mosteiros e religiosos comforme a direito, he ocasiam de se cometerem muitos males comtra serviço de noso Senhor e de andarem muito soltos e fora do que aa ordem que tem profesão e o exemplo de suas vidas ser muy escamdaloso pedireys de minha parte a Sua Santidade que por obviar a eles queira e aia por bem de cometer ao cardeal meu irmão que posa visitar os isemtos d estes regnos e lhe mamde pasar d iso huum seu breve na forma d este que vos emvio; e para Sua Santidade mays sem pejo o fazer vos emvio a copia de huum breve que os dias pasados se pasou para o mesmo fecto o qual vos podêreys mostrar a Sua Sanctidade ou a quem vos parecer e porem nam aceptareys o breve que peço na forma d este que Sua Santidade pasou senam na que vos emvio de qua, porque asy compre que seja para noso Senhor ser milhor servido.

O cardeal meu irmaão screve a Sua Santidade a cartta que vos envia na qual lhe pede muyto afectuosamemte por merce que asy pelo muy gramde trabalho que leva e espera de levar na legatia d estes regnos por serviço da samcta see apostolica e particularmemte de Sua Santidade para o ele milhor poder pasar lhe faça merce do que lhe tenho mamdado pedir por vos acerqua dos christãos novos que he nam serem avidos por poderosos pelo que lhe dareys a dicta cartta. E jumtamemte com esta ocasiam lhe pedireys de minha partte que me faça a dicta merce a qual eu ystimarey de Sua Santidade como huũa das mayores que me them feitas porque n esa comta tenho esta por o muyto que importta a serviço de noso Senhor [1].

[1] *Minuta sem data, no* Arch. Nac., Collecç. de S. Vicente, Liv. 6, fol. 263.

Breve do papa Julio III a el-Rei

1554—Abril 1

Julius Papa III—Charissimo in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Etsi libenter usurpare solemus omnia erga Majestatem tuam amantissimi et benevolentissimi Pontificis officia, sicuti quidem et tuae eximiae pietati, et singularibus in christianam rempublicam atque in hanc apostolicam Sedem meritis maxime convenit; tamen hoc officium, quo erga eandem tuam Majestatem fungi hoc tempore cogimur, cum nobis de gravissimis ejus incommodis cum illa dolendum sit, non tam libenter facimus, quam necessario. Tantum enim molestiae ex clarissimi Principis filii tui immatura morte cepimus; vel propter illius nobis ereptam virtutem; vel propter gravem tuae Majestatis regiaeque tuae familiae in eo factam jacturam; ut nequeamus in eo argumento sine magno dolore versari. Et tamen noster summus erga Majestatem tuam amor, qui nobis causam doloris praebuit, idem etiam adjumenta ad pium hoc officium ei persolvendum subministrabit, praesertim cum ad eum Regem scribamus; quem propter excelsam animi virtutem atque prudentiam, obedientia et spe in summum Deum subnixam: rationes ad istum sublevandum casum accommodatas, non tam ab aliis expectare, quam ipsum met suo consilio praeripere ac praeoccupare non dubitemus. Et sanè nisi illa nobis tali tempore succurrat, ex Deo et divinis praeceptis promissionibusque ducta consolatio: quae nos ab humanarum rerum cogitatione avellat, totosque ad coelestium bonorum et futurae beatioris vitae meditationem transferat: difficile esset, ex humanis rationibus, humanis hisce incommodis idoneam solatii medicinam reperire. Sed nos qui in eum credimus, cujus in morte mors nostra ita absorpta est, ut eadem ad longe feliciorem pacatioremque vitam aditum nobis aperiat, et qui certo confidimus, hujus mundi tribulationes et aerumnas, christianis hominibus probationem salutemque operari; facile sensus affectusque nostros ab humanarum rerum perturbationibus revocatos, Dei Optimi Maximi voluntati, et rectae in eo rationi subiicimus. Atque haec omnium piorum, qui in Deo et Domino nostro Jesu Christo suas degende vitae rationes atque consilia fixa et locata habent,

communis est consolatio. Tua vero Majestas multas preterea proprias habet ex suis etiam domesticis rebus, sui doloris leniendi causas Atque illam in primis Quod idem videlicet clemens ac misericors Dominus, hoc ipso istius afflictionis tempore, ita cum ea benigniter egit; ut gravi illi infligendo vulnere, ejusdem simul vulneris medicinam curationemque attulerit. Nepote enim tibi, vestroque praeclaro generi in demortui filii locum (ut ad nos secundis nuntiis allatum est) paulo post reddito; nom tam quidem ille Majestatem tuam grata liberorum successione, aut familiam vestram praestantissimi generis sobole privare, quam illam in magis diuturnum tempus propagare voluisse se ostendit. Quae quidem omnia tam etsi Majestatem tuam pro sua gravitate ac pietate, diligenter secum cogitare, et in omnibus Deo gratias agere non dubitamus; tamen nostrae quoque partes videntur esse, eam ut id ita faciat etiam atque etiam in Domino hortari et rogare. Quod ut cumulatius, et magis ut nostra animi affectio nos suadebat efficeremus; non contenti hoc litterarum officio, misimus ad Majestatem tuam dedita opera dilectum filium Joannem Franciscum Comendunum camerarium nostrum, hominem propter ejus fidem et probitatem valde nobis probatum et gratum qui viva insuper voce, nostram paternam erga Majestatem tuam charitatem, conjunctamque cum ea suorum incommodorum maestitiam, pluribus verbis deferat. Cujus nostri officii illum scilicet maximum et optatissimum fructum expectamus, si id, quo magis erat tuo tempori debitum, eo minus ad tuum sanandum dolorem, quod tua Majestas hunc casum satis per se toleranter ferret, necessarium fuisse intellexerimus. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die prima Aprilis M.D.LIII. Pontificatus nostri Anno Quinto.— *Pau. Sadoletus Carpent.*[1]

[1] ARCH. NAC., Maç. 36 de Bullas, num. 49. — *Sobrescrito:* Charissimo in Christo filio nostro Joanni Portugalliae et Algarbiorum Regi Illustri.

Breve do papa Julio III á Rainha

1554—Abril 1

Julius Papa III—Charissima in Christo filia nostra salutem et apostolicam benedictionem. Ut testaremur dolorem nostrum, quem ex obitu clarissimi Principis tui nati, et gravibus vestrae Regiae familiae incommodis, quae eadem cum publicis incommodis conjuncta sunt, maximum cepimus, cum id litteris vix satis exequi posse confideremus, misimus ad Serenissimum istum Regem conjugem tuum, et ad Majestatem simul tuam, dilectum filium Joannem Franciscum Comendunum camerarium nostrum, fide nobis atque prudentia in primis probatum, qui vobis omnem animi nostri sensum paternamque, aequa prope vobis cum doloris parte capienda, benevolentiam, praesens latius exponat, afferatque nostris verbis ad vos, eas rationes et monita, quae huic maxime tempori sunt accommodata. Ex quibus tamen nulla certior aut christiano homine dignior est ratio; quam ita praepotenti Deo, é cujus consilio omnia proveniunt, firmiter inhaerere; ita suam voluntatem ad ipsius voluntatem nutumque adjungere; ut animum nostrum nulla terrenarum molestiarum vis, nulli humanarum perturbationum fluctus, de statu gravitatis atque constantiae dimovere queant. Quod cum universos qui christianam fidem nom verbis solum et nomine, sed ipsa vi et virtute profitentur, facere conveniat: quanto id magis ab eis regibus est expectandum, qui jam diu pietatis, religionis, aequitatis animi, summaeque in omnibus rebus moderationis, cuncto christiano orbi magnum ac memorabile specimen exemplumque praetulerunt? Quare cum communis in Deum obedientiae, tum vestrae etiam constantiae causa, Majestatem tuam, ipsumque unà sapientissimum Regem, hunc casum fortiter in Domino laturos speramus, tantumque terrenis affectionibus, atque humanitati ipsi tributuros esse, ut potior semper apud vos futura sit, et observatio divinae voluntatis, et coelestium bonorum promissionumque cogitatio. Quanquam et hoc ipso tempore, Nepote vobis et regio vestro generi in amissi filii locum restituto, eximia haec Dei in vos regnumque vestrum declarata benignitas, magnam vobis consolationem ex humanis etiam rebus afferre debet. Quae ut tua Majestas animo suo subiiciat: et omnia tan-

quam de manu altissimi cum gratiarum actione suscipiat: nos eam in Domino vehementer hortamur, et suademus. Ad nostram sanè minuendam molestiam, quam de hoc casu vestro cepimus, ea res plurimum valebit, si Majestatem tuam unà cum ipso Serenissimo Rege, eum ipsum casum toleranter ferre intellexerimus. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die prima Aprilis M.D.LIII. Pontificatus nostri Anno Quinto.—*Pau. Sadoletus Carpent.*[1]

Carta do commendador-mór a el-Rei

1554—Abril 4

Senhor—Ja screvi a Vossa Alteza como o credito para meu ordenado que me mandou avisar por carta de XXVIII doctubro nom me foi dado ate o tempo que o avia de aver e asi me foi forçado tomallo aqui num banco porque os de Lucas nom mo quiseram dar dizendome que ninhum aviso tinhão disto como se vera polla certidão que me deram que envio a Andre Soarez e ja foi daqui outra quando logo tomei este dinheiro e o preço foi o milhor que pude e ao mesmo que tomei para o cardeal por hum credito de Lucas e ainda o banqueiro que mo deu cuidou que me fazia honrra em mo dar ao preço que os outros davão por credito porque sem elle sempre soem levar a dous e a tres por cento mais, beijarey as reais mãos de Vossa Alteza mandar que se pague com os cambios sendo la as letras como cuido porque ainda se se tomara agora vallera muito mais por quam streita sta a praça com a guerra aqui a porta.

Ja tambem por muitas vezes screvi a Vossa Alteza que he necessario mandar dar ordem para o dinheiro que se cada ora ha mister para as spedições que manda que faça e para correos e outras cousas semelhantes porque do que tomey Bento Rodrigues entregouse la pollo de minhas rendas e ainda algum se recambiou para as feiras sobre mim e desta maneira eu perco nisto e no que qua tomey por me este nom vir nem o saber senão agora e Vossa Alteza nom recebe niso ninhum serviço

[1] ARCH. NAC., Maç. 36 de Bullas, num. 1.—*Sobrescrito:* Charissimae in Christo filiae nostrae Joannae Portugalliae et Algarbiorum Reginae Illustri.

que se o recebese tudo averia por bem empregado como o mais que ate gora tenho gastado nelle asi meu como de meus amigos e a Andre Soarez screvo mais largo que podera informar mais largamente Vossa Alteza.

Tambem Vossa Alteza me mandou que tomase dinheiro para o bispado dAngra e Bento Rodrigues nom he pago delle segundo mescreve nem doutro que se tomou então para outras spedições de serviço de Vossa Alteza e asi do que tomei para o bispado de Santiago por mandado de Vossa Alteza o banqueiro se me queixa que quatro meses stiveram sem lhe pagar e me pede que lhe pague o interesse diso e como Vossa Alteza sabe letras nom comportão isto e asi por esta causa ninguem me quer qua dar dinheiro sem credito pollo que em quanto nom vier Vossa Alteza nom se aja por mal servido de mim se não forem despachos de seus negocios como me manda que o dos mosteiros ja lhe screvi quanto custarião e se se despacharem ha se mister logo o dinheiro e pois ja fallo nesta materia.

Eu screvi a Vossa Alteza o danno que recebia das taxas e que nom tinha a utilidade que recebem dellas os que stão no reyno e porque os rendeiros da minha comenda me dão de quebra dozentos mil reis este anno passado e para quem tivese mais que eu nom poderia deixar de o sentir quanto mais quem tem tão pouco e sta tão necesitado e individado como eu. Beijarey as reais mãos de Vossa Alteza considerallo e fazerme merce que eu seja disto satisfeito como ouver por seu serviço e como spero da virtude de Vossa Alteza pois nom ha rezão para que os perqua. E noso Senhor a vida e real stado de Vossa Alteza por longos annos guarde e a seu santo serviço acrecente como deseja e eu peço a Deus de Roma a III de abril de M.D.LIII.

As reaes mãos de Vos alteza beyja — *O comendador mor dom Affonso* [1].

[1] Arch. Nac., Corp. Chron., Part. 1.ª, Maç. 89, Doc. 121. — *Sobrescrito:* A el Rey Meu Senhor.

Bulla do papa Julio III

1554 — Abril 6

Julius episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Regimini militantis ecclesie meritis licet imparibus disponente Domino presidentes ad ea per que cultui divino et observantie regulari ac salubri monasteriorum regimini insisti et justitia coli ac illam petentibus administrari possit libenter intendimus et ad id tendentibus catholicorum principum votis quantum cum Deo possumus favorabiliter annuimus prout temporum et personarum qualitate pensata conspicimus in Domino salubriter expedire. Sane pro parte charissimi in Christo filii nostri Johannis Portugallie et Algarbiorum Regis Illustris qui etiam militie Jesu Christi Cisterciensis ordinis in Portugallie et Algarbiorum regnis administrator perpetuus per sedem apostolicam specialiter deputatus existit nobis nuper exhibita petitio continebat quod cum prior et fratres monasterii per priorem regi soliti oppidi de Thomar dicti ordinis nullius diocesis in quo magistratus dicte militie consistit a certis annis citra procurante dicto Johanne Rege ad regularem observantiam redacti fuerint et in ea ad presens sub debita clausura degant et propterea pro tempore existens prior dicti monasterii qui juxta statutum et ordinationem felicis recordationis Pauli pape III predecessoris nostri per dilectos filios conventum ipsius monasterii ac eorum religiosis reformatis alias juxta formam juris et statuta militie hujusmodi ad triennium duntaxat eligi et per visitatores dicte militie confirmari debet et ad quem ultra regimen ejusdem monasterii in spiritualibus et temporalibus etiam cura aliorum monasteriorum militie et ordinis predictorum in dictis regnis hactenus forsan erectorum et institutorum seu in posterum erigendorum et instituendorum pertinet jurisdictionem per vicarium de Thomar olim exerceri solitam et eidem monasterio de Thomar seu pro tempore existenti illius priori per litteras prefati vel alterius Romani Pontificis nostri predecessoris suppressa prius vicaria de Thomar hujusmodi concessa per se vel alium sine maxima perturbatione et multiplici sui et aliorum distractione et occupatione exercere non possit et si eam exercere habeat vix sibi superfuturum sit tempus quo cultui divino

cui maxime addictus esse debet et observantie religionis ac bono regimini fratrum predicti de Thomar et aliorum ut prefertur erectorum et institutorum seu erigendorum et instituendorum monasteriorum intendere valeat si jurisdictio ecclesiastica ad ipsum priorem ratione predictarum et forsan aliarum apostolicarum litterarum in preceptores et fratres tam milites quam sacerdotes militie hujusmodi extra septa dicti monasterii de Thomar etiam in vicariis et aliis beneficiis ejusdem militie degentes necnon ecclesias clerum et populum dicti oppidi et ejus districtus ac alias ecclesias ad priorem ejusdem monasterii de Thomar pleno jure spectantes et in quascunque personas militie hujusmodi in quibusvis locis regnorum Portugallie et Algarbiorum citra et ultra mare in Africa et dominiis Guinee Ethiopie Arabie Persie et Indie ceterisque provinciis et insulis eisdem regnis subjectis commorantes in beneficialibus et decimalibus ac quibuscunque aliis ad forum ecclesiasticum pertinentibus causis in foro tam conscientie quam contentioso et judiciali pertinens a prioratu monasterii de Thomar hujusmodi ad presens forsan certo modo vacante et a quocunque ipsius monasterii de Thomar priore triennali hactenus forsan ut prefertur electo seu in posterum eligendo dismembraretur et separaretur ac uni persone ecclesiastice ad hoc apte et idonee seculari aut regulari per eumdem Johannem et pro tempore existentem Portugallie et Algarbiorum Regem et ipsius militie administratorem cum aliquo honesto annuo salario eidem persone per ipsum regem ac administratorem super redditibus quos ex dicto magistratu quotannis percipit constituendo ad ejus liberum nutum deputande per eam seu alium exercenda ita quod pro tempore existenti ipsius monasterii de Thomar priori solum jurisdictio in fratres et religiosos prefati de Thomar et aliorum ut prefertur forsan erectorum et institutorum seu erigendorum et instituendorum dicte militie monasteriorum intra claustra sub obedientia regulari degentes in foro tam conscientie quam contentioso et judiciali remaneret ipseque prior solum in fratres et religiosos intra dicta claustra ut prefertur degentes suas pristinas superioritatem auctoritatem et jurisdictionem obtineret nec propterea circa fructus aut redditus quos vicarius de Thomar ratione cure animarum et quasi episcopalis jurisdictionis olim percipiebat aliquit immutaretur sed illi insolitos usus converterentur et quoad illos forma et dispositio litterarum predecessoris hujusmodi super suppressione dicte vicarie et illius fructuum et reddituum ad usum hospitalis pro fratribus militibus militie hujusmodi in dicto oppido erigendi applicatione emanatarum exceptis dun-

taxat emolumentis que ex usu jurisdictionis hujusmodi provenirent invio labiliter observarentur ita tamen quod liberum esset predicto Regi et administratori donec hospitali ipsum erigeretur fructus et redditus vicarie hujusmodi in toto vel in parte in militie seu militum hujusmodi proprium necnon ecclesiarum oppidi et districtus predictorum ac alios pios usus convertere perpetuo concederetur ex hoc profecto pro tempore existens prior monasterii de Thomar hujusmodi divinis beneplacitis liberius intendere et cultui divino ac observantie regulari et salubri tam de Thomar quam aliorum ut prefertur erectorum et institutorum seu erigendorum et instituendorum monasteriorum regimini efficatius insistere posset et jurisdictio hujusmodi non per fratrem ut plurimum jurium ignarum sed per personam ecclesiasticam ad hoc idoneam et habilem rectius exerceretur justitiaque certius administraretur cum spirituali predictorum monasterii de Thomar consolatione et reliquorum militie hujusmodi fratrum satisfactione Quare pro parte ejusdem Johannis Regis et administratoris nobis fuit humiliter supplicatum ut jurisdictionem prefatam ut prefertur penitus et omnino dismembrare et separare ac eam uni persone ut prefertur qualificate ut premittitur deputande et pro solo ipsius Regis et administratoris arbitrio quoties sibi placuerit amovende per eam sive alium in dicto oppido residentem per ipsam pro tempore deputatam personam quoties illa aliis occurrentibus negociis inibi residere non possit et de ipsius Regis et administratoris licentia alio se transferre habeat ad universitatem causarum seu aliquam earum partem duntaxat prout sibi videbitur de consensu ejusdem Regis et administratoris substituendum juxta constitutiones per personam pro tempore deputatam editas seu approbatas et in sinodali conventu publicatas ac alias secundum formam juris nomine prefati regis et administratoris exercendam alias modo et forma premissis perpetuo concedere et assignare ac Regi et administratori super premissis omnibus et singulis necnon persone pro tempore deputate hujusmodi de ipsius Regis et administratoris consensu omnes et singulas dicte militie constitutiones reformandi seu in toto vel in parte abrogandi et alias de novo licitas tamen et honestas ac sacris canonibus non contrarias edendi seu antiquis addendi easque prout reformate edite et addite fuerint in oppido et districtu predictis ac ecclesiis et locis ad militiam predictam pleno jure spectantibus et cum dilectis filiis earum clero et populo a jurisdictione ordinaria de jure vel antiqua consuetudine exceptis inviolabiliter observari faciendi plenam et liberam facultatem et potestatem conce-

dere et impartiri aliasque in premissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur qui dudum inter alia voluimus quod petentes beneficia ecclesiastica aliis uniri tenerentur exprimere verum annuum valorem secundum communem extimationem tam beneficii uniendi quam illius cui uniri peteretur alioquin unio non valeret et semper in unionibus commissio fieret ad partes vocatis, quorum interesset prefatum Johannem Regem a quibusvis excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum presentium duntaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes necnon fructuum reddituum et proventuum tam jurisdictionis dismembrande et separande quam salarii constituendi veros annuos valores presentibus pro expressis habentes hujusmodi supplicationibus inclinati dictam jurisdictionem ecclesiasticam ad eundem priorem in prefatos preceptores et fratres tam milites quam sacerdotes militie hujusmodi extra septa dicti de Thomar et aliorum erectorum et institutorum seu erigendorum et instituendorum dicte militie monasteriorum et in vicariis et aliis beneficiis ejusdem militie pro tempore degentes necnon ecclesias clerum et populum oppidi et districtus predictorum ac quascunque alias ecclesias prefate militie etiam ad ipsum priorem ex quocunque privilegio pleno jure spectantes et personas militie hujusmodi in quibusvis locis regnorum dominiorum provinciarum et insularum predictorum commorantes in beneficialibus et decimalibus ac quibuscunque aliis ad forum ecclesiasticum pertinentibus causis in foro tam conscientie quam contentioso et judiciali pertinentem ab eodem prioratu et quocunque ipsius monasterii de Thomar priore triennali hactenus forsan ut prefertur electo seu in posterum eligendo apostolica auctoritate tenore presentium penitus et omnino dismembramus et separamus ac eam uni persone ecclesiastice ad hoc apte et idoneé seculari vel regulari per eundem Johannem et pro tempore existentem Portugallie et Algarbiorum Regem et ipsius militie administratorem cum aliquo honesto annuo salario dicte persone per ipsum Regem et administratorem super redditibus quos ex dicto magistratu quotannis percipit constituendo ad ejus liberum nutum deputande pro soloque ejus arbitrio quoties sibi placuerit amovende per eam sive alium in dicto oppido residentem per ipsam pro tempore deputata persona quoties illa aliis occurrentibus negociis inibi residere non possit et de ipsius regis et administratoris licentia alio se transferre habeat ad universitatem cau-

sarum seu aliquam earum partem duntaxat prout sibi videbitur de consensu ipsius regis et administratoris substituendum juxta constitutiones per personam pro tempore deputatam editas seu approbatas et in sinodali conventu publicatas ac alias secundum formam juris nomine ipsius Regis et administratoris exercendam Ita quod pro tempore existenti priori monasterii de Thomar hujusmodi solum jurisdictio in fratres et religiosos predicti de Thomar et aliorum forsan erectorum et institutorum seu erigendorum et instituendorum dicte militie monasteriorum intra claustra sub regulari obedientia degentes in foro tam conscientie quam contentioso et judiciali remaneat ipseque prior solum in fratres et religiosos intra claustra ut prefertur degentes superioritatem auctoritatem et jurisdictionem et quasi episcopalem quas quondam Antonius de Lisboa olim ipsius monasterii de Thomar prior dum viveret obtinebat et exercebat de cetero obtineat et exerceat nec propterea circa fructus aut redditus quos vicarius de Thomar olim ut perfertur percipiebat aliquid immutetur sed illi in solitos usus convertantur et quoad illos forma et dispositio litterarum predecessoris super suppressione et applicatione emanatarum hujusmodi exceptis duntaxat emolumentis que ex usu jurisdictionis predicte provenient et ad personam pro tempore deputatam illiusque ministros de jure vel consuetudine spectabunt inviolabiliter observentur Ita tamen quod liberum existat prefato Regi et administratori donec dictum hospitale erigatur fructus et redditus vicarie hujusmodi in toto vel in parte in militie seu militum hujusmodi proprium necnon ecclesiarum oppidi et districtus eorundem ac alios pios usus convertere auctoritate apostolica et tenore predictis concedimus et assignamus Ac Regi et administratori super premissis omnibus et singulis necnon persone pro tempore deputate hujusmodi de ipsius Regis et administratoris consensu omnes et singulas dicte militie constitutiones reformandi seu in toto vel in parte abrogandi et alias de novo licitas et honestas ac sacris canonibus non contrarias edendi seu antiquis addendi easque prout reformate edite et addite fuerint in oppido et districtu predictis ac ecclesiis et locis ad militiam predictam pleno jure spectantibus et cum earum clero et populo a jurisdictione ordinaria de jure vel antiqua consuetudine exemptis ut prefertur sub illis de quibus sibi videbitur penis pro animarum sibi commissarum salute inviolabiliter observari faciendi plenam et liberam facultatem et potestatem eisdem auctoritate apostolica et tenore concedimus et impartimur Non obstantibus voluntate nostra predicta et Lateranensis concilii novissime celebrati uniones

perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis ac pie memorie Pauli pape II etiam predecessoris nostri de rebus ecclesie non alienandis et quibusvis aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon monasterii de Thomar et militie ac ordinis predictorum juramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus stabilimentis usibus et naturis ac predictis et quibusvis aliis privilegiis indultis et litteris apostolicis sub quibuscunque tenoribus et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliisque efficacioribus et insolitis clausulis necnon irritantibus et aliis decretis etiam motu proprio aut alias quomodolibet concessis ac etiam iteratis vicibus approbatis et innovatis Quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica expressa et individua ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quevis alia expressio habenda aut aliqua exquisita forma asservanda esset tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus ommisso et forma in illis tradita observata inserti forent presentibus pro sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus ceterisque contrariis quibuscunque Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis dismembrationis separationis assignationis concessionum impartionis et derogationis infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beato *(sic)* Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominice Millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto Octavo Idus Aprilis Pontificatus nostri Anno Quinto [1].

[1] Arch. Nac., Collecç. de Bullas, Maç. 6, num. 24.

Bulla do papa Julio III

1554 — Abril 23

Julius episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Circa curam pastoralis officii nobis desuper meritis licet imparibus commissi quantum nobis ex alto permittitur invigilantes votis illis per que in ecclesiis quibuslibet presertim parochialibus divinus cultus augeatur et beneficia ecclesiastica cum animarum salute propagentur libenter annuimus et ad hec nonnunquam preceptoriarum et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum statum alteramus et commutamus ac desuper disponimus et ordinamus prout catholicorum principum ad hoc tendentia vota exposcunt ac locorum et temporum ac personarum qualitate pensata in Domino conspicimus salubriter expedire Cum itaque sicut accepimus preceptoria Sancte Juste Ulixbonensis militie Jesu Christi Cisterciensis ordinis certo modo vacet ad presens Et sicut charissimus in Christo filius noster Joannes Portugallie et Algarbiorum Rex illustris qui dicte militie perpetuus administrator in spiritualibus et temporalibus per sedem apostolicam specialiter deputatus existit nobis nuper exponi fecit alias venerabilis frater noster modernus archiepiscopus Ulixbonensis provide attendens quod parrochialis ecclesia prioratus nuncupata ejusdem Sancte Juste Ulixbonensis adeo amplam parrochiam et dilectorum filiorum illius parrochianorum copiosum numerum habebat ut unus rector cure animarum parrochianorum eorundem exercitio satis commode satisfacere nequiret pro commoditate dictorum parrochianorum necnon sublevamine exercitii cure hujusmodi capellam Sancti Antonii de Moraria intra limites parrochie dicte ecclesie consistentem in illius suffraganeam assumendam duxit et felicis recordationis Leo papa x predecessor noster tot preceptorias dicte militie quot clare memorie Emanuel Portugallie et Algarbiorum Rex tunc in humanis agens ejusdem militie in hujusmodi spiritualibus et temporalibus administrator per sedem eandem etiam specialiter deputatus infra certum tunc expressum terminum duceret exprimendas in eadem militia per suas litteras erexit ac bona et jura nonnullarum parrochialium ecclesiarum per ipsum Emanuelem Regem infra certum etiam tunc expressum terminum

declarandarum portione sexaginta ducatorum auri de camera illarum rectoribus reservata dismembravit illaque sic dismembrata eisdem preceptoriis pro illarum dotibus perpetuo applicavit et appropriavit ac eidem Emanueli et pro tempore existenti Portugallie et Algarbiorum Regi dicte militie administratori singulos fratres dicte militie qui contra infideles militassent seu militarent vel alias beneméeriti essent ad singulas preceptorias predictas nominandi facultatem concessit ita quod liceret eisdem fratribus ad dictas preceptorias pro tempore nominatis cedentibus vel decedentibus tunc earundem ecclesiarum rectoribus aut ipsas ecclesias alias quomodolibet dimittentibus vel amittentibus et illis quibusvis modis vacantibus bonorum applicatorum hujusmodi corporalem possessionem apprehendere prout in eisdem litteris plenius continetur et si dicta preceptoria ad quam dum pro tempore vacat nominatio unius ex dictis fratribus eidem Joanni Regi per dictas litteras competit ac cui bona et jura ipsius ecclesie Sancte Juste pro una ex parrochialibus ecclesiis sub litteris hujusmodi comprehensis declarate per dictas litteras applicata fuerant perpetuo supprimeretur et extingueretur ac in ipsa ecclesia Sancte Juste in qua sex perpetua simplicia beneficia ecclesiastica pro sex clericis perpetuis beneficiatis ab antiquo instituta existunt alia duo etiam perpetua simplicia beneficia ecclesiastica portiones nuncupanda pro duobus aliis clericis seu presbiteris in dicta ecclesia Sancte Juste perpetuis beneficiatis portionariis nuncupandis qui ipsius ecclesie rectori pro tempore existenti in illius servitio et cure animarum hujusmodi exercitio juxta ordinationem per dictum archiepiscopum desuper faciendam assisterent et deservirent eumque in servitio et exercitio cure hujusmodi adjuvarent erigerentur et instituerentur ac omnia et singula fructus redditus proventus jura obventiones et emolumenta dicte preceptorie Sancte Juste masse communi dilectorum filiorum clericorum perpetuorum beneficiatorum in dicta ecc'esia Sancte Juste ita quod illa inter sex et alios duos beneficiatos predictos communis existat et dicti duo beneficiati ex hujusmodi massa communem portionem cum aliis sex beneficiatis predictis equaliter percipiant et tam duo quam alii sex beneficiati predicti portionem ad valorem sexaginta ducatorum similium ascendentem quam ipsius preceptorie Sancte Juste preceptor pro tempore existens dicto rectori juxta tenorem litterarum earundem reservanda prestare solebat eidem rectori ex hujusmodi massa singulis annis integre persolvere teneantur applicarentur et appropriarentur ac juspatronatus et presentandi personas idoneas ad dicta duo beneficia quotiens illa

vacare contigerit eidem Joanni Regi et pro tempore existenti ipsius militie administratori seu magistro reservaretur et concederetur ex hoc profecto divini cultus augmento et animarum parrochianorum hujusmodi saluti et spirituali consolationi plurimum satisfierent Quare dictus Joannes Rex asserens fructus redditus et proventus preceptorie Sancte Juste hujusmodi centum viginti quinque ducatorum similium secundum communem extimationem valorem annuum non excedere nobis humiliter supplicari fecit ut ipsam preceptoriam Sancte Juste ut prefertur supprimere et extinguere ac in dicta ecclesia Sancte Juste duo alia beneficia hujusmodi erigere et instituere ac omnia et singula fructus redditus proventus jura obventiones et emolumenta preceptorie Sancte Juste hujusmodi eidem masse applicare et appropriare necnon juspatronatus et presentandi hujusmodi eidem Joanni Regi et pro tempore existenti dicte militie administratori reservare et concedere aliasque in premissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur Nos igitur qui dudum inter alia voluimus quod petentes beneficia ecclesiastica aliis uniri tenerentur exprimere verum annuum valorem secundum extimationem predictam etiam beneficii cui aliud uniri peteretur alioquin unio non valeret et semper in unionibus commissio fieret ad partes vocatis quorum interesset quique divini cultus augmentum et animarum salutem sinceris desideramus affectibus verum et ultimum dicte preceptorie vacationis modum etiam si ex illo quevis generalis reservatio etiam in corpore juris clausa resultet ipsarumque litterarum veriorem tenorem presentibus pro expressis habentes hujusmodi supplicationibus inclinati preceptoriam Sancte Juste predictam que sine cura et non generalis existit quovismodo et ex cujuscunque persona vacet etiam si tanto tempore vacaverit quod ejus collatio juxta Lateranensis statuta concilii ad sedem predictam legitime devoluta ipsaque preceptoria Sancte Juste dispositioni apostolice specialiter reservata existat et super ea inter aliquos lis cujus statum presentibus haberi volumus pro expresso pendeat indecisa dummodo tempore datum presentium non sit in ea alicui specialiter jus quesitum illiusque regularitatem et dependentiam ac omnem statum regulares auctoritate apostolica tenore presentium ex certa scientia perpetuo supprimimus et totaliter extinguimus ac in dicta ecclesia Sancte Juste duo alia perpetua simplicia beneficia ecclesiastica portiones nuncupanda pro duobus clericis seu presbyteris in dicta ecclesia Sancte Juste perpetuis beneficiatis portionariis nuncupandis qui in illa prefato rectori in divinorum officiorum celebratione et cure animarum parrochianorum hu-

jusmodi exercitio juxta ordinationem per archiepiscopum predictum desuper faciendam assistant et deserviant ipsumque rectorem in servitio et exercitio cure hujusmodi adjuvent auctoritate apostolica ac tenore et scientia premissis erigimus et instituimus ac omnia et singula fructus redditus proventus jura obventiones et emolumenta preceptorie suppresse hujusmodi dicte masse ita quod illa inter sex et alios duos beneficiatos predictos communis existat et duo beneficiati predicti ex dicta massa communem portionem cum aliis sex beneficiatis predictis equaliter percipiant ac tam duo quam alii sex beneficiati predicti dictam portionem eidem rectori qua idem rector contentus esse nec ultra eam quicquam aliud a dicta massa exigere debeat ex ipsa massa singulis annis integre persolvere vel assignare teneantur perpetuo applicamus et appropriamus Necnon juspatronatus et presentandi quascunque personas idoneas ad ipsa duo beneficia tam ab eorum primeva erectione hujusmodi quam deinceps quotiens illa per cessum etiam ex causa permutationis vel decessum seu quamvis aliam demissionem vel amissionem illa pro tempore obtinentium seu alias quibusvis modis etiam in aliquo ex mensibus apostolicis nuncupatis seu ordinariis collatoribus per constitutiones apostolicas seu litteras alternativarum aut alia privilegia et indulta apostolica pro tempore concessis etiam apud sedem predictam vacare contigerit eidem loci ordinario per eum ad presentationem hujusmodi in perpetuos beneficiatos in ipsa ecclesia Sancte Juste instituendas Joanni Regi et pro tempore existenti administratori seu magistro predicto eisdem auctoritate apostolica tenore et scientia reservamus et concedimus ac juspatronatus et presentandi hujusmodi illius omnino roboris et efficacie cujus juspatronatus regum et illustrium ex veris fundatione et dotatione competens existit fore et esse illique nullatenus derrogari posse sicque per quoscunque quavis auctoritate fungentes judices et alias personas sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate et auctoritate judicari interpretari atque decidi debere necnon irritum et inane quicquid secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari decernimus non obstantibus priori voluntate nostra predicta et Lateranensi concilii novissime celebrati uniones perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis ac pie memorie Bonifacii pape VIII etiam predecessoris nostri et aliis apostolicis constitutionibus necnon militie et ordinis predictorum juramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus ac stabilimentis usibus et naturis con-

trariis quibuscunque aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de preceptoriis hujusmodi speciales vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte sedis vel legatorum ejus litteras impetrarint etiam si per eas ad inhibitionem reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum quasquidem litteras et processus habitos per easdem ac inde secuta quecunque ad dictam preceptoriam suppressam volumus non extendi sed nullum per hoc eis quoad assecutionem preceptoriarum aut beneficiorum aliorum prejudicium generari et quibuslibet aliis privilegiis indulgentiis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus quoruncunque tenorum existant per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus hujusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre suppressionis extinctionis erectionis institutionis applicationis appropriationis reservationis concessionis et decreti infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominice Millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto Nono kalendas Maii Pontificatus nostri Anno Quinto [1].

Carta do commendador-mór a el-Rei

1554—Junho 20

Senhor —Depois dos ultimos avisos que enviey a Vossa Alteza pollo Comendone não se offrece outra cousa de novo senão que os dias pasados veo a prorrogação do emperador da tregoa de Parma por outros dous annos.

De Napoles screvem não estarem muy satisfeitos do governo do cardeal Pacheco por ser homem irresoluto e froxo em seu governo que he cousa diferente do que hos napolitanos hão mester porque diz que lhe fazem mil scarneos cada dia e que est outro dia lhe trazião dous caprios

[1] Arch. Nac., Collecç. de Bullas, Maç. 30, num. 21.

tione fructuum hujusmodi penitus et omnino liberi et absoluti existerent dicta auctoritate statuit et ordinavit ac Johannem Regem et Stephanum abbatem et animam ejusdem Anthonii omnesque et singulos alios qui in premissis ut prefertur auxilium consilium vel favorem prestiterant aut de illis alias culpabiles existebant ab excommunicationis aliisque sententiis censuris et penis ecclesiasticis quas premissorum occasione quomodolibet incurrerant eadem auctoritate apostolica misericorditer absolvit et liberavit Non obstantibus priori voluntate sua predicta et Lateranensis concilii novissime celebrati uniones perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis ac pie memorie Bonifacii pape VIII etiam predecessoris nostri tunc sui et quibusvis aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon monasteriorum militie et ordinis predictorum juramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus contrariis quibuscunque Idem enim Julius predecessor ex tunc irritum decrevit et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari Et insuper voluit quod Johannes Rex et Stephanus abbas ac alii ut prefertur absoluti et liberati penitentiam eis per confessorem quem ducerent eligendum pro premissis injungendam adimplere omnino tenerentur Ne autem de singulis concessionibus erectionibus institutionibus suppressione extinctione assignatione applicatione appropriatione donatione elargitione statuto ordinatione absolutione liberatione decreto et voluntate predictis pro eo quod super illis ejusdem Julii predecessoris ejus superveniente obitu littere confecte non fuerunt valeat quomodolibet hesitari dictusque Johannes Rex illorum frustretur effectu volumus et similiter apostolica auctoritate decernimus quod singule concessiones institutiones erectiones suppressio extinctio assignatio applicatio appropriatio donatio elargitio statutum ordinatio absolutio liberatio decretum et voluntas Julii predecessoris hujusmodi a dicta die quinto kalendas Martii suum sortiantur effectum per inde ac si super illis ipsius Julii predecessoris littere sub ejusdem die date confecte fuissent prout superius enarratur Quodque presentes littere ad probandum plene singulas concessiones erectiones institutiones suppressionem extinctionem assignationem applicationem appropriationem donationem elargitionem statutum ordinationem absolutionem liberationem decretum et voluntatem Julii predecessoris hujusmodi ubique sufficiant nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur Quocirca venerabilibus fratribus nostris Cesenatensi et Portugallensi ac Sancti Thome Episcopis per apostolica scripta

mandamus quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios presentes litteras et in eis contenta quecunque ubi et quando opus fuerit ac quotiens pro parte dicti Johannis Regis desuper fuerint requisiti solemniter publicantes sibique in premissis efficacis defensionis presidio assistentes faciant auctoritate nostra prefatum Johannem Regem ac singulos quos littere ipse concernunt singulis concessionibus erectionibus institutionibus suppressione extinctione assignatione applicatione appropriatione donatione elargitione statuto ordinatione absolutione liberatione decreto et voluntate Julii predecessoris hujusmodi ac presentibus litteris pacifice frui et gaudere non permittentes eos desuper per quoscunque quomodolibet indebite molestari Contradictores per sententias censuras et penas ecclesiasticas ac etiam pecuniarias eorum arbitrio moderandas et applicandas appellatione postposita compescendo ac legitimis super his habendis servatis processibus sententias censuras et penas predictas etiam iteratis vicibus aggravando invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis Non obstantibus omnibus supradictis aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre voluntatis decreti et mandati infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominice Millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto Septimo Kalendas Junii Pontificatus nostri Anno Primo [1].

[1] Arch. Nac., Collecç. de Bullas, Maç. 23, num. 16.

Bulla do papa Paulo IV a el-Rei

1555 — Maio 26

Paulus episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Rationi congruit et convenit honestati ut ea que de romanis pontificis gratia processerunt licet ejus superveniente obitu littere apostolice super illis confecte non fuerint suum sortiantur effectum Dudum siquidem felicis recordationis Julius papa III predecessor noster provisiones ecclesiarum et monasteriorum omnium apud sedem apostolicam tunc vacantium et in antea vacaturorum ordinationi et dispositioni sue reservavit decernens ex tunc irritum et inane si secus super hiis per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari Et deinde monasterio Sancti Joannis de Tarouca Cisterciensis ordinis Lamacensis diocesis ex eo quod dilectus filius Eusebius olim ipsius monasterii abbas regimini et administrationi illius cui antea tunc certo modo vacanti de persona sua procurante charissimo in Christo filio nostro tunc suo Johanne Portugallie et Algarbiorum Rege illustri forsan sub spe quod illius regimini et administrationi hujusmodi ad infrascriptum vel alium effectum cederet apostolica fuerat auctoritate provisum possessione seu quasi eorundem regiminis et administrationis per procuratorem ad id ab eo constitutum habita licet ipse Eusebius abbas nonquam sed quondam Antonius de Lisboa prior monasterii per priorem regi soliti oppidi de Thomar militie Jesu Christi dicti ordinis nullius diocesis tunc in humanis agens seu alius qui litteras provisionis hujusmodi expediri curaverat et illas penes se retinebat ac ut ipsius Eusebii abbatis procurator ab eo constitutus ipsum monasterium Sancti Joannis regebat et gubernabat fructus redditus et proventus ejusdem monasterii Sancti Joannis seu illius mense abbatialis semper percepisset ac omni juri et actioni sibi in fructibus redditibus et proventibus hujusmodi per quosvis eatenus quomodolibet perceptis et ex tunc im posterum percipiendis vel ad illos quomodolibet competenti per dilectum filium Alfonsum d'Alencastro preceptorem maiorem dicte militie ipsius Joannis Regis consobrinum et pro eo apud nos et dictam sedem oratorem procuratorem suum ad id ab eo specialiter constitutum in mani-

bus ejusdem predecessoris ad effectum infrascriptorum omnium sponte et alias libere cesserat et dictus predecessor cessionem ipsam duxerat admittendam abbatis regimine destituto Ac eidem predecessori pro parte dicti Joannis Regis exposito quod cum ipse ad propaganda studia litterarum quarum opera justicia ministrabatur et fides conservabatur in universitate studii generalis Colimbriensis unum monasterium seu collegium ejusdem ejusdem *(sic)* militie in quo ejusdem de Thomar et aliorum monasteriorum dicte militie in Portugallie et Algarbiorum regnis et dominiis ejusdem Joannis Regis pro tempore erigendorum fratres et persone litteris operam dare possent construi et edificari facere intenderet et ad constructionem monasterii seu collegii hujusmodi illiusque postquam constructum foret fratrum seu scholarium et personarum manutentionem et sustentationem diverse expense subeunde essent si in dicto monasterio Sancti Joannis quod in loco heremo sive parum habitato consistebat et cujus monachi ob naturalem ipsius loci dispositionem ac inconvenientia que in locis inhabitatis et parum a populo visitatis provenire solebant non sine maxima difficultate reformari poterant et si reformarentur quod reformatio hujusmodi diutius vigeret verisimiliter sperari non poterat Et insuper reformatio ipsa paucis admodum ob eorum qui ad ecclesiam monasterii Sancti Joannis hujusmodi pro peccatis suis confitendis aut divinis officiis et concionibus audiendis accedebant exiguum numerum salubris et fructifera esse poterat nomen et titulus monasterii ac dignitas abbatialis et conventualitas necnon omnis status et dependentia regulares supprimerentur et extinguerentur ac monachi ejusdem monasterii Sancti Joannis qui numero pauci existebant ad alia ejusdem ordinis monasteria seu regularia loca cum annua provisione ex qua commode sustentari possent eis quandiu viverent ex fructibus redditibus et proventibus ipsius monasterii Sancti Joannis annuatim persolvenda transferrentur et in ecclesia monasterii Sancti Joannis hujusmodi que etiam parrochialis existebat una perpetua vicaria pro uno perpetuo vicario seculari in ea ad presentationem pro tempore existentis prioris seu rectoris et dilectorum filiorum conventus monasterii seu collegii construendi hujusmodi instituendo qui confessiones parrochianorum ejusdem ecclesie audiret et eis ecclesiastica sacramenta ministraret et alias eorum animarum curam diligenter exerceret cum edificiis et structuris ipsius monasterii Sancti Joannis ac congrua provisione annua ex qua se sustentare et onera sibi ratione dicte vicarie incumbentia perferre commode posse erigeretur et institueretur Necnon eidem

construendo monasterio seu collegio quecunque eidem monasterio Sancti Joannis annexe ecclesie et loca etiam regularia cum ad illas presentandi et omnibus aliis juribus proprietatibus jurisdictionibus et pertinentiis suis prout ad ipsum monasterium Sancti Joannis et seu illius abbatem et dilectos filios conventum pertinebant ac fructus redditus et proventus monasterii Sancti Joannis hujusmodi per pro tempore existentem priorem seu rectorem et conventum monasterii seu collegii construendi hujusmodi perpetuo regenda et gubernanda ac percipiendi exigendi et levandi ac in suos et dicti construendi monasterii seu collegii usus et utilitatem necnon ipsius monasterii seu collegii construendi fabricam convertendi concederentur et assignarentur ac applicarentur et appropriarentur exinde profecto salubri fratrum predictorum directioni et consolationi ac commoditatibus opportune consuleretur ac eidem predecessori pro parte dicti Joannis Regis asserentis prefatum Anthonium qui in humanis agens fructus redditus et proventus monasterii Sancti Joannis hujusmodi a die illius vacationis qua illi postmodum de persona prefati Eusebii abbatis provisum fuerat semper perceperat moriente ab ipso Joanne Rege petiisse ut ipsi predecessori pro ejus absolutione a censuris quas exigendo et exponendo seu alias distribuendo fructus redditus et proventus monasterii Sancti Joannis hujusmodi forsan incurrerat supplicare vellet humiliter supplicato ut in ipso monasterio Sancti Joannis nomen et titulum monasterii ac dignitatem abbatialem et conventualitatem necnon omnem statum et dependentiam regulares perpetuo supprimere et extinguere ac in ecclesia monasterii Sancti Joannis hujusmodi unam perpetuam vicariam pro uno perpetuo vicario seculari in ea ad presentationem hujusmodi etiam ea prima vice instituendo qui ut prefertur confessiones audiret et eucharistie aliaque sacramenta ecclesiastica ministraret ac alias curam animarum diligenter exerceret cum edificiis et structuris ac pensione annua predictis erigere et instituere necnon eidem construendo monasterio seu collegio quascunque dicto monasterio Sancti Joannis annexas ecclesias et capellas ac loca etiam regularia hujusmodi cum ad illas presentandi seu alias de illis disponendi ac omnibus et singulis aliis juribus jurisdictionibus proprietatibus et pertinentiis suis necnon omnes et singulos fructus redditus et proventus monasterii Sancti Joannis hujusmodi ut prefertur regenda et gubernanda ac percipiendos exigendos et levandos necnon in usus et utilitatem hujusmodi convertendos concedere et assignare ac applicare et appropriare necnon omnes et singulos fructus redditus et proventus qui ante vel post provi-

sionem de persona dicti Eusebii abbatis eidem monasterio Sancti Joannis factam ex illius mensa abbatiali quomodolibet provenerant sive essent exacti sive exigendi superessent in quibusvis rebus consisterent et ad quamcunque sumam ascenderent fabrice construendi monasterii seu collegii hujusmodi donare et elargiri et quod si aliqua fructuum reddituum et proventuum hujusmodi portio de licentia aut mandato ipsius Joannis Regis in fabricam alterius ecclesie vel monasterii etiam alterius ordinis aut exercitium aliorum piorum operum exposita esset Joannes Rex aut ecclesia vel monasterium hujusmodi seu illi ad quorum favorem seu commodum exercitium piorum operum hujusmodi cesserat premissorum occasione molestari nequirent sed a portione fructuum hujusmodi penitus et omnino liberi et absoluti existerent statuere et ordinare ac pro securitate et tranquilitate conscientie ejusdem Joannis Regis eum et prefatum Eusebium abbatem ac animam dicti Antonii omnesque alios et singulos qui in premissis auxilium consilium vel favorem prestiterant aut de illis alias quomodolibet culpabiles existebant ab excommunicationis aliisque sententiis censuris et penis ecclesiasticis quas premissorum occasione quomodolibet incurrerant misericorditer absolvere et liberare aliasque in premissis opportune providere de benignitate apostolica dignaretur prefatus predecessor qui antea inter alia voluerat quod petentes beneficia ecclesiastica aliis uniri tenerentur exprimere verum annuum valorem secundum communem extimationem etiam beneficii cui aliud uniri peteretur alioquin unio non valeret et semper in unionibus commissio fieret ad partes vocatis quorum interesset quique ad ea per que monasteria seu collegia regularia cum religionis propagatione ubilibet construerentur et constructa salubriter dirigerentur ac litterarum studia in illis vigerent libenter intendebat hujusmodi supplicationibus inclinatus sub datum videlicet quarto kalendas Januarii pontificatus sui anno quarto in dicto monasterio Sancti Joannis cujus fructus redditus et proventus ad quadringentos et novem florenos auri in libris Camere apostolice etiam tunc taxati reperiebantur et de cujus provisione nullus preter ipsum predecessorem ea vice se intromittere potuerat sive poterat reservatione et decreto obsistentibus supradictis sive premisso sive alio quovismodo quem etiam si ex illo quevis generalis reservatio etiam in corpore juris clausa resultaret dictus predecessor haberi voluit pro expresso aut ex alterius cujuscunque persona seu per similem aut liberam cessionem dicti Eusebii abbatis vel cujusvis alterius de regimine et administratione prefatis in Romana curia vel extra

eam etiam coram notario publico et testibus sponte factam vacaret etiam si tanto tempore vacavisset quod ejus provisio juxta Lateranensis statuta concilii aut alias canonicas sanctiones ad sedem predictam legitime devoluta existeret et illa ex quavis causa ad sedem eandem specialiter vel generaliter pertineret ac de illo consistorialiter disponi consuevisset seu debuisset et super regimine et administratione prefatis in petitorio vel possessorio inter aliquos lis cujus statum prefatus predecessor haberi voluit pro expresso penderet indecisa dumodo dicta die quarto kalendas Januarii eidem monasterio Sancti Joannis de abbate canonice provisum non existeret nomen et titulum monasterii et dignitatem abbatialem et conventualitatem necnon omnem statum et dependentiam regulares dicta auctoritate apostolica perpetuo suppressit et extinxit ac in ecclesia monasterii Sancti Joannis hujusmodi unam perpetuam vicariam pro uno perpetuo vicario seculari in ea ad presentationem pro tempore existentis prioris seu rectoris et conventus monasterii seu collegii construendi hujusmodi etiam ea prima vice instituendo qui confessiones parrochianorum ejusdem ecclesie audiret eisque eucharistie hujusmodi et alia ecclesiastica sacramenta ministraret ac alias eorum animarum curam diligenter exerceret cum edificiis et structuris monasterii Sancti Joannis hujusmodi ac congrua portione annua per loci ordinarium determinanda ex qua se sustentare et onera sibi ratione dicte vicarie incumbentia perferre commode posset eadem auctoritate apostolica erexit et instituit Necnon eidem construendo monasterio seu collegio postquam constructum seu adeo construi ceptum foret quod per scholares hujusmodi commode habitari posset quascunque eidem monasterio Sancti Joannis annexas ecclesias capellas et loca etiam regularia cum ad illas presentandi seu alias de illis disponendi ac omnibus et singulis aliis juribus jurisdictionibus proprietatibus et pertinentiis suis prout ad ipsum monasterium Sancti Joannis quomodolibet pertinebant ac omnes et singulos fructus redditus et proventus monasterii Sancti Joannis hujusmodi per pro tempore existentem priorem seu rectorem et conventum monasterii seu collegii construendi hujusmodi perpetuo regenda et gubernanda ac percipiendos exigendos et levandos necnon in suos et dicti construendi monasterii seu collegii usus et utilitatem convertendos ita quod liceret eis per se vel alium seu alios ecclesiarum et capellarum ac locorum necnon jurium jurisdictionum proprietatum et pertinentiarum ac perceptionis fructuum reddituum et proventuum hujusmodi possessionem seu quasi propria auctoritate libere apprehendere et perpetuo retinere

diocesani loci vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita Sic tamen quod prior seu rector et conventus construendi monasterii seu collegii hujusmodi omnia et singula missarum et anniversariorum ac quecunque alia tam spiritualia quam temporalia onera ad que abbas et conventus monasterii Sancti Joannis hujusmodi tunc tenebantur et obligati existebant in dicto monasterio seu collegio construendo adimplere et illis satisfacere omnino tenerentur prefata auctoritate apostolica concessit et assignavit ac applicavit et appropriavit Necnon executoribus litterarum desuper conficiendarum quod monachos monasterii Sancti Joannis hujusmodi qui in ea tunc residebant ad alia ejusdem ordinis monasteria seu regularia loca cum annua provisione per ipsos executores taxanda et per loci ordinarium approbanda eis ex fructibus redditibus et proventibus monasterii Sancti Joannis hujusmodi annuatim persolvenda ex qua commode sustentari possent transferre libere et licite valerent plenam et liberam facultatem et potestatem dicta auctoritate apostolica concessit Necnon omnes et singulos fructus redditus et proventus qui ante vel post provisionem de persona dicti Eusebii abbatis eidem monasterio Sancti Johannis factam ex illius mensa abbatiali quomodolibet provenerant sive essent exacti sive exigendi superessent in quibusvis rebus consisterent et ad quamcunque sumam ascenderent dummodo ad alium quam eundem Eusebium abbatem non pertinerent fabrice construendi monasterii seu collegii hujusmodi donavit et elargitus est et quod si aliqua fructuum reddituum et proventuum hujusmodi portio de licentia aut mandato ipsius Joannis Regis in fabricam alicujus ecclesie vel monasterii etiam alterius ordinis aut exercitium aliorum piorum operum exposita esset Joannes Rex aut ecclesia vel monasterium hujusmodi aut illi ad quorum favorem seu commodum exercitium piorum operum hujusmodi cesserat premissorum occasione molestari nequirent sed a portione fructuum hujusmodi penitus et omnino liberi et absoluti existerent dicta auctoritate apostolica statuit et ordinavit ac Joannem Regem et Eusebium abbatem necnon animam Antonii hujusmodi omnesque alios et singulos qui in premissis ut prefertur auxilium consilium vel favorem prestiterant aut de illis alias culpabiles existebant ab excommunicationis aliisque sententiis censuris et penis ecclesiasticis quas premissorum occasione quomodolibet incurrerant eadem auctoritate apostolica misericorditer absolvit et liberavit Non obstantibus priori voluntate sua predicta et Lateranensis concilii novissime celebrati uniones perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis ac pie

memorie Bonifacii pape VIII etiam predecessoris nostri tunc sui et quibusvis aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon monasterii Sancti Joannis et ordinis predictorum juramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus ceterisque contrariis quibuscunque Idem enim Julius predecessor ex tunc irritum decrevit et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari Et insuper voluit quod Joannes Rex et Eusebius abbas ac alii ut prefertur absoluti et liberati penitentiam per confessorem quem ducerent eligendum pro premissis eis injungendam adimplere omnino tenerentur Ne autem de suppressione extinctione erectione institutione concessionibus assignatione applicatione appropriatione et donatione elargitione statuto ordinatione absolutione liberatione decreto et voluntate predictis pro eo quod super illis dicti Julii predecessoris ejus superveniente obitu littere confecte non fuerunt valeat quomodolibet hesitari ipseque Joannes Rex illorum frustretur effectu volumus et similiter apostolica auctoritate decernimus quod suppressio extinctio erectio institutio concessiones assignatio applicatio appropriatio donatio elargitio statutum ordinatio absolutio liberatio decretum et voluntas Julii predecessoris hujusmodi a dicta die quarto kalendas Januarii suum sortiantur effectum perinde ac si super illis ipsius Julii predecessoris littere sub ejusdem die date confecte fuissent prout superius enarratur Quodque presentes littere ad probandum plene suppressionem extinctionem erectionem institutionem concessiones assignationem applicationem appropriationem donationem elargitionem statutum ordinationem absolutionem liberationem decretum et voluntatem Julii predecessoris hujusmodi ubique sufficiant nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur Quocirca venerabilibus fratribus nostris Cesenatensis et Portugallensis ac Sancti Thome episcopis per apostolica scripta mandamus quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios presentes litteras et in eis contenta quecunque ubi et quando opus fuerit ac quotiens pro parte dicti Joannis Regis desuper fuerint requisiti solemniter publicantes sibique in premissis efficacis defensionis presidio assistentes faciant auctoritate nostra prefatum Joannem Regem ac singulos quos littere ipse concernunt suppressione extinctione erectione institutione concessionibus assignatione aplicatione appropriatione donatione elargitione statuto ordinatione absolutione liberatione decreto et voluntate Julii predecessoris hujusmodi ac presentibus litteris pacifice frui et gaudere non permittentes eos desuper per

quoscunque quomodolibet indebite molestari contradictores per sententias censuras et penas ecclesiasticas ac etiam pecuniarias eorum arbitrio moderandas et aplicandas appellatione postposita compescendo et legitimis super hiis habendis servatis processibus sententias censuras et penas predictas etiam iteratis vicibus aggravando invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis Non obstantibus omnibus supradictis aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre voluntatis decreti et mandati infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominice Millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto Septimo kalendas Junii Pontificatus nostri Anno Primo [1].

Bulla do papa Paulo IV

1555 — Maio 26

Paulus episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Rationi congruit et convenit honestati ut ea que de romani pontificis gratia processerunt licet ejus superveniente obitu littere apostolice super illis confecte non fuerint suum sortiantur effectum Dudum siquidem felicis recordationis Julius papa III predecessor noster provisiones ecclesiarum et monasteriorum omnium apud sedem apostolicam tunc vacantium et in antea vacaturorum ordinationi et dispositioni sue reservavit decernens ex tunc irritum et inane si secus super hiis per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari Et deinde monasterio das Cerzedas Cisterciensis ordinis Lamacensis diocesis ex eo quod dilectus filius Gabriel olim ipsius monasterii abbas regimini et administrationi illius cui antea tunc certo modo vacanti de persona sua procurante charissimo in

[1] Arch. Nac., Collecç. de Bullas, Maç. 17, num. 39.

Christo filio nostro tunc suo Johanne Portugallie et Algarbiorum Rege illustri forsan sub spe quod illius regimine et administrationi hujusmodi ad infrascriptum vel alium effectum cederet apostolica fuerat auctoritate provisum possessione seu quasi eorundem regiminis et administrationis per procuratorem ad id ab eo constitutum habita licet ipse Gabriel abbas nonquam sed quondam Antonius de Lisboa prior monasterii per priorem regi soliti oppidi de Thomar militie Jesu Christi dicti ordinis nullius diocesis tunc in humanis agens seu alius qui litteras provisionis hujusmodi expediri curaverat et illas penes se retinebat ac ut ipsius Gabrielis abbatis procurator ab eo constitutus ipsum monasterium das Cerzedas regebat et gubernabat fructus redditus et proventus ejusdem monasterii das Cerzedas seu illius mense abbatialis semper percepisset ac omni juri et actioni sibi in fructibus redditibus et proventibus hujusmodi per quosvis eatenus quomodolibet perceptis et ex tunc imposterum percipiendis vel ad illos quomodolibet competenti per dilectum filium Alfonsum d Alencastro preceptorem maiorem dicte militie ipsius Joannis Regis consobrinum et pro eo apud nos et dictam sedem oratorem procuratorem suum ad id ab eo specialiter constitutum in manibus ejusdem predecessoris forsan ad effectum infrascriptorum omnium seu aliquorum ex eis sponte et alias libere cesserat et dictus predecessor cessionem ipsam duxerat admittendam abbatis regimine destituto Ac eidem predecessori pro parte dicti Joannis Regis exposito quod cum ipse qui etiam militie d Avis ordinis Sancti Benedicti perpetuus administrator per sedem predictam specialiter deputatus existebat provide attendens quod in monasterio conventu nuncupato per priorem regi solito oppidi d Avis Elborensis seu nullius diocesis quod caput ejusdem militie d Avis existebat exiguus fratrum ejusdem militie nimis licenciose viventium numerus esse dinoscebatur et propter eorundem fratrum paucitatem et licenciosam vitam ipsius militie d Avis preceptores qui in dicto monasterio d Avis fratribus ipsis peccata sua confiteri et ab eis Eucharistie sacramentum sumere tenebantur ac dilecti filii ejusdem oppidi et locorum circumvicinorum populus in suis consciencciis detrimenta patiebantur pro divini cultus augmento et ministrorum ecclesiasticorum propagatione ac regularis discipline observantia cuperet monasterium ipsum d Avis in suis structuris et edificiis ampliari illiusque fratres et personas debite reformari ac eorum numerum augeri et ejusdem monasterii d Avis fructus redditus et proventus adeo tenues existerent ut nedum ad structurarum et edificiorum hujusmodi ampliationem ac copiosiorem fratrum nu-

merum sed nec ad eorum qui in eodem monasterio tunc existebant commodam sustentationem sufficerent si in dicto monasterio das Cerzedas quod in loco heremo sive parum habitato consistebat et cujus monachi ob naturalem loci indispositionem ac inconvenientiam que in locis inhabitatis et parum a populo visitatis provenire solebant non sine maxima difficultate reformari poterant et si reformarentur reformatio hujusmodi verisimiliter diutius non viguisset et insuper reformatio ipsa paucis admodum ob eorum qui ad dictum monasterium pro spiritualibus donis consequendis accedebant exiguum numerum salubris et fructifera esse poterat nomen et titulus monasterii ac dignitas abbatialis et conventualitas necnon omnis status et dependentia regulares supprimerentur et extinguerentur ac monachi ejusdem monasterii das Cerzedas qui numero pauci existebant ad alia ejusdem ordinis Cisterciensis monasteria seu regularia loca cum annua provisione seu portione ex qua commode sustentari possent eis quandiu viverent ex fructibus redditibus et proventibus ipsius monasterii das Cerzedas annuatim persolvenda transferrentur et in ecclesia monasterii das Cerzedas que etiam parrochialis existebat una perpetua vicaria pro uno perpetuo vicario seculari qui confessiones parrochianorum ejusdem ecclesie audiret et eis ecclesiastica sacramenta ministraret et alias eorum animarum curam diligenter exerceret cum edificiis et structuris ipsius monasterii das Cerzedas ac congrua portione annua ex qua se sustentare et onera sibi ratione dicte vicarie incumbentia perferre commode posset erigeretur et instituereturnecnon eidem monasterio d Avis quecunque ecclesie et loca etiam regularia eidem monasterio das Cerzedas annexa cum omnibus et singulis etiam presentandi ad illa seu alias disponendi de illis ac aliis juribus jurisdictionibus proprietatibus et pertinentiis suis prout ad ipsum monasterium das Cerzedas pertinebant ac fructus redditus et proventus monasterii das Cerzedas hujusmodi per pro tempore existentem priorem et dilectos filios conventum dicti monasterii d Avis perpetuo regenda et gubernanda ac percipiendi exigendi et levandi necnon in suos et dicti monasterii d Avis usus et utilitatem convertendi concederentur et assignarentur ac applicarentur et appropriarentur ex inde profecto edificia monasterii d Avis hujusmodi ampliari et fratres ipsi etiam in copiosiori numero sustentari possent ac preceptores et populus prefati in suis conferentiis non modicam spiritualem consolationem reciperent necnon preceptores ipsi inibi facta pura peccatorum suorum confessione sacramentum Eucharistie prout tenebantur susciperent ministrorumque

numerus ecclesiasticorum et divinus cultus ac regularis observantia non parum augerentur Ac eidem predecessori pro parte dicti Johannis Regis asserentis prefatum Antonium qui in humanis agens fructus redditus et proventus monasterii das Cerzedas hujusmodi a die illius vacationis qua illi postmodum de persona ipsius Gabrielis abbatis provisum fuerat semper receperat et habuerat morientem a se petiisse ut ipsi predecessori pro ejus absolutione a censuris quas exigendo et exponendo seu alias distribuendo fructus redditus et proventus monasterii das Cerzedas hujusmodi forsan incurrerat supplicare vellet humiliter supplicato ut in ipso monasterio das Cerzedas nomen et titulum monasterii ac dignitatem abbatialem et conventualitatem necnon omnem statum et dependentiam regulares perpetuo supprimere et extinguere ac in ecclesia monasterii das Cerzedas hujusmodi unam perpetuam vicariam pro uno perpetuo vicario seculari in ea ad presentationem pro tempore existentis administratoris militie hujusmodi etiam ea prima vice instituendo qui ut prefertur confessiones audiret et sacramenta ecclesiastica ministraret ac alias curam animarum diligenter exerceret cum edificiis et structuris ac congrua portione predictis erigere et instituere Necnon eidem monasterio dAvis ecclesias et capellas annexas ac regularia loca hujusmodi cum juribus jurisdictionibus proprietatibus et pertinentiis predictis ac omnes et singulos fructus redditus et proventus monasterii das Cerzedas hujusmodi ut prefertur regenda et gubernanda ac percipiendos exigendos et levandos necnon in usus et utilitatem predictos convertendos concedere et assignare ac applicare et appropriare necnon omnes et singulos fructus redditus et proventus qui ante vel post provisionem de persona dicti Gabrielis abbatis eidem monasterio das Cerzedas factam ex illius mensa abbatiali quomodolibet provenerant sive essent exacti sive exigendi superessent in quibusvis rebus consisterent et ad quamcunque summam ascenderent fabrice et structuris monasterii dAvis hujusmodi donare et elargiri Quodque si aliqua fructuum reddituum et proventuum hujusmodi portio de licentia aut commissione ipsius Johannis Regis in fabricam alicujus ecclesie vel monasterii aut exercitium aliorum piorum operum exposita esset Johannes Rex aut ecclesia vel monasterium hujusmodi seu illi ad quorum favorem seu commodum exercitium piorum operum hujusmodi cesserat premissorum occasione molestari perturbari vel inquietari nequirent sed a portione fructuum reddituum et proventuum hujusmodi illos quomodolibet tangente penitus et omnino liberi et absoluti existerent statuere et ordinare ac pro securitate et tran-

quillitate conscientie ejusdem Johannis Regis cum et prefatum Gabrielem abbatem ac animam dicti Antonii omnesque alios et singulos qui in premissis auxilium consilium vel favorem quomodolibet prestiterant aut de illis alias quomodolibet culpabiles existebant ab excommunicationis aliisque sententiis censuris et penis ecclesiasticis quas premissorum occasione quomodolibet incurrerant misericorditer absolvere et liberare aliasque in premissis opportune providere de benignitate apostolica dignaretur Prefatus predecessor qui antea inter alia voluerat quod petentes beneficia ecclesiastica aliis uniri tenerentur exprimere verum annuum valorem secundum communem extimationem et beneficii cui aliud uniri peteretur alioquin unio non valeret et semper in unionibus commissio fieret ad partes vocatis quorum interesset quicque ad ea per que singula monasteria in suis structuris et edificiis cum divini cultus et ministrorum ecclesiasticorum augmento et regularis discipline observantia ampliari posset libenter intendebat hujusmodi supplicationibus inclinatus sub datum videlicet quarto kalendas Januarii pontificatus sui anno quarto in dicto monasterio das Cerzedas cujus fructus redditus et proventus super quibus pensio annua quadringentorum ducatorum dilecto filio Didaco Soarez clerico dicte diocesis illam annuatim percipienti ut dictus Johannes Rex asserebat dicta auctoritate apostolica reservata existebat ad trecentos et quinquaginta florenos auri in libris Camere Apostolice taxati reperiebantur et de cujus provisione nullus preter ipsum predecessorem ea vice se intromittere potuerat sive poterat reservatione et decreto obsistentibus supradictis sive premisso sive alio quovismodo quem et si ex illo quevis generalis reservatio etiam in corpore juris clausa resultaret dictus predecessor haberi voluit pro expresso aut ex alterius cujuscunque persona seu persimilem cessionem dicti Gabrielis abbatis vel cujusvis alterius de regimine et administratione prefatis in Romana Curia vel extra eam etiam coram notario publico et testibus sponte factam vacaret etiam si tanto tempore vacavisset quod ejus provisio juxta Lateranensis statuta concilii aut alias canonicas sanctiones ad sedem predictam legitime devoluta existeret et illa ex quavis causa ad sedem eandem specialiter vel generaliter pertineret ac de illo consistorialiter disponi consuevisset seu debuisset et super regimine et administratione prefatis in petitorio vel possessorio inter aliquos lis cujus statum prefatus predecessor haberi voluit pro expresso penderet indecisa dummodo dicta die quarto kalendas Januarii eidem monasterio das Cerzedas de abbate canonice provisum non existeret nomen et titulum monasterii ac dignita-

tem abbatialem et conventualitatem necnon omnem statum et dependentia regulares eadem auctoritate apostolica perpetuo suppressit et extinxit ac in ecclesia monasterii das Cerzedas hujusmodi unam perpetuam vicariam pro uno perpetuo vicario seculari in ea ad presentationem pro tempore existentis administratoris militie hujusmodi etiam ea prima vice instituendo qui confessiones parrochianorum ejusdem ecclesie audiret eisque Eucharistie hujusmodi et alia sacramenta ecclesiastica ministraret ac alias eorum animarum curam diligenter exerceret cum edificiis et structuris monasterii das Cerzedas hujusmodi ac congrua portione annua per loci ordinarium approbanda ex qua se sustentare et onera sibi ratione dicte vicarie ut premittitur incumbentia perferre commode posset eadem auctoritate apostolica erexit et instituit Necnon eidem monasterio d Avis quascunque ecclesias et capellas ac loca etiam regularia eidem monasterio das Cerzedas annexa cum presentandi ad ecclesias et capellas hujusmodi seu alias de illis disponendi ac omnibus et singulis aliis juribus jurisdictionibus proprietatibus et pertinentiis suis prout ad ipsum monasterium das Cerzedas et seu ejus abbatem pro tempore existentem ac dilectos filios conventum pertinebant ac omnes et singulos fructus monasterii das Cerzedas hujusmodi per pro tempore existentem priorem et conventum monasterii d Avis hujusmodi perpetuo regenda et gubernanda ac percipiendos exigendos et levandos necnon in suos et dicti monasterii d Avis usus et utilitatem convertendos Ita quod liceret eis per se vel alium seu alios ecclesiarum et capellarum ac regularium locorum necnon jurium jurisdictionum proprietatum et pertinentiarum ac perceptionis fructuum reddituum et proventuum predictorum possessionem seu quasi propria auctoritate libere apprehendere et perpetuo retinere diocesani loci vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita Sic tamen quod prior et conventus monasterii d Avis hujusmodi omnia et singula missarum et anniversariorum ac quecunque alia tam spiritualia quam temporalia onera ad que abbas et conventus monasterii das Cerzedas hujusmodi tunc tenebantur et obligati existebant in dicto monasterio d Avis adimplere et illis satisfacere omnino tenerentur prefata auctoritate apostolica concessit et assignavit ac applicavit et appropriavit necnon executoribus litterarum desuper conficiendarum quod monachos monasterii das Cerzedas hujusmodi qui in eo tunc residebant ad alia ejusdem Cisterciensis ordinis monasteria seu regularia loca cum annua provisione per ipsos executores taxanda et per loci ordinarium approbanda eis de fructibus redditibus et proventibus monasterii

das Cerzedas hujusmodi annuatim persolvenda ex qua commode sustentari possent transferre libere et licite valerent plenam et liberam facultatem et proprietatem dicta auctoritate apostolica concessit Necnon omnes et singulos fructus redditus et proventus qui ante vel post provisionem de persona dicti Gabrielis abbatis eidem monasterio das Cerzedas factam ex mensa abbatiali monasterii das Cerzedas hujusmodi quomodolibet provenerant sive essent exacti sive exigendi superessent in quibusvis rebus consisterent et ad quamcunque summam ascenderent dummodo alteri quam eidem Gabrieli abbati non deberentur fabrice et structuris monasterii dAvis hujusmodi donavit et elargitus est et quod si aliqua fructuum reddituum et proventuum hujusmodi portio de licentia aut commissione ipsius Johannis Regis in fabricam alicujus ecclesie vel monasterii aut exercitium aliorum piorum operum exposita esset Johannes Rex aut ecclesia vel monasterium hujusmodi seu illi ad quorum favorem et commodum exercitium piorum operum hujusmodi cesserat premissorum occasione molestari perturbari vel inquietari nequirent sed a portione fructuum reddituum et proventuum hujusmodi illos quomodolibet tangente penitus et omnino liberi et absoluti existerent apostolica auctoritate predicta statuit et ordinavit ac Johannem Regem et Gabrielem abbatem ac animam Antonii hujusmodi omnesque alios et singulos qui in premissis ut prefertur auxilium consilium vel favorem quomodolibet prestiterant aut de illis alias culpabiles existebant ab excommunicationis et quibusvis aliis sententiis censuris et penis ecclesiasticis quas premissorum occasione quomodolibet incurrerant misericorditer eadem auctoritate apostolica absolvit et liberavit Non obstantibus priori voluntate sua predicta et Lateranensis concillii novissime celebrati uniones perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis ac pie memorie Bonifacii pape vm etiam predecessoris nostri tunc sui et quibusvis aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon monasteriorum militie et ordinum predictorum etiam juramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus ceterisque contrariis quibuscunque Idem enim Julius predecessor ex tunc irritum decrevit et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari Et insuper voluit quod Johannes Rex et Gabriel abbas ac alii ut prefertur absoluti et liberati penitentiam eis confessorem quem ducerent eligendum pro premissis injungendam adimplere omnino tenerentur Ne autem de suppressione extinctione erectione institutione concessionibus assignatione

applicatione appropriatione donatione elargitione statuto ordinatione absolutione liberatione decreto et voluntate predictis pro eo quod super illis ejusdem Julii predecessoris ejus superveniente obitu littere confecte non fuerunt valeat quomodolibet hesitari dictusque Johannes Rex illorum frustretur effectu volumus et similiter apostolica auctoritate decernimus quod suppressio extinctio erectio institutio concessiones assignatio applicatio appropriatio donatio elargitio statutum ordinatio absolutio liberatio decretum et voluntas Julii predecessoris hujusmodi a dicta die quarto kalendas Januarii suum sortiantur effectum perinde ac si ipsius Julii predecessoris littere sub ejusdem diei datum confecte fuissent prout superius enarratur Quodque presentes littere ad probandum plene suppressionem extinctionem erectionem institutionem concessiones assignationem applicationem appropriationem donationem elargitionem statutum ordinationem absolutionem liberationem decretum et voluntatem Julii predecessoris hujusmodi ubique sufficiant nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur Quocirca venerabili fratri nostro Episcopo Cesenatensi et dilectis filiis Lamacensis ac Elborensis officialibus per apostolica scripta mandamus quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios presentes litteras et in eis contenta quecunque ubi et quando opus fuerit ac quotiens pro parte dicti Johannis Regis desuper fuerint requisiti solemniter publicantes sibique in premissis efficacis defensionis presidio assistentes faciant auctoritate nostra prefatum Johannem Regem ac singulos quos littere ipse concernunt suppressione extinctione erectione institutione concessionibus assignatione applicatione appropriatione donatione elargitione statuto ordinatione absolutione liberatione decreto et voluntate Julii predecessoris hujusmodi ac presentibus litteris pacifice frui et gaudere Non permittentes eos desuper per quoscunque quomodolibet indebite molestari contradictores per sententias censuras et penas ecclesiasticas ac etiam pecuniarias eorum arbitrio moderandas et applicandas appellatione postposita compescendo ac legitimis super hiis habendis servatis processibus sententias censuras et penas predictas etiam iteratis vicibus aggravando invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis Non obstantibus omnibus supradictis seu si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre voluntatis decreti et mandati infringere

vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominice Millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto Septimo kalendas Junii Pontificatus nostri Anno Primo [1].

Breve do papa Paulo IV a el-Rei

1555 — Maio 27

Paulus Papa IIII — Charissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Divinae primum Majestati, postea venerabilibus fratribus nostris Sanctae Romanae ecclesiae cardinalibus quibuscum in conclave conveneramus placuit, ut in locum piae memoriae Marcelli secundi, hoc summi pontificatus onus, quarto ab hinc die tolleremus, gravissimum quidem ipsum cuivis hominum, sed tanto gravius nobis, quanto hac aetate et his viribus minus ad id perferendum nos aptos esse cognoscimus. Deo tamen agimus gratias, quantumque ab eo nobis fuerit concessum, operam dabimus, ut quod ei placitum est, nobis etiam placere omnes intelligant. Id autem facile nos assecuturos speramus, si per semitas ejus gressus nostros dirigemus, veramque religionem in suum statum reponere, atque inter christifideles, et curae nostrae comendatos eam pacem et quietem constituere cum animarum salute procurabimus quae communem omnium patrem in primis decet. Cum vero inter christianorum reges Serenitas tua eam semper virtute ac pietate pr....erat, eoque sanctam hanc sedem romanamque et catholicam ecclesiam, studio et amore prosequatur, ut omnia de te nobis polliceamur quae a quovis optimo ejus et observantissimo filio expectari possunt, planè in Domino confidimus, tuam quoque Serenitatem sua apud omnes gratia et auctoritate, omnibusque officiis quae ad ea quae diximus facilius assequenda, praestari a te poterunt, magno nobis adjumento esse futuram, Deumque ipsum perpetuo precaturam, ut christianus orbis, tot undique et infectus maculis et malis conflictatus, his remediis adeò necessariis et religionis et pacis, aliquando

[1] Arch. Nac., Collecç. de Bullas, Maç. 31, num. 13.

tandem mundari et recreari possit. Nos certe omni ope nitemur, ut si non omnino rebus ipsis, quae non planè in nostra potestate sunt positae, at saltem bona et perpetua voluntate, eorum opinioni, qui hanc nobis curam dederunt, respondeamus. Quod vero ad paternam nostram privatamque in Serenitatem tuam benivolentiam pertinet, nullam occasionem sumus praetermissuri, qua... tuae, cum Deo, et sanctae hujus sedis, ac personae, quam gerimus, dignitate possimus declarare qualis quantaque ill.. sit. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die xx.... Maii M.D.LV. Pontificatus Nostri Anno Primo [1].

Breve do papa Paulo IV a el-Rei

1555 — Junho ?

Paulus Papa III — Charissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Cum dilectus filius noster Hieronymus Sancti Georgii ad velum aureum diaconus cardinalis in Romana curia coram diversis causarum Palatii apostolici auditoribus contra dilectum filium Dominicum de Torres pro clerico se gerentem intrusum super Sanctae Mariae de Refoyos de Lima, et ejusdem Sanctae Mariae de Villa Nova de Muya, ac Sancti Martini de Castro in districtu seu terra de Nobrega Cisterciensis vel alterius ordinis Bracharensis diocesis monasteriis litigando tres diffinitivas pro se et contra dictum Dominicum tunc in dicta curia officialem potentem, et divitiis pollentem, ac comparentem, seque et praetensum jus suum acerrime defendentem, cum fructuum et expensarum condemnatione, ac sequestri appositione sententias reportaverit, litteris executorialibus desuper in forma solita decretis, ac sequestro praedicto relaxato; et dilectus filius noster Fabius tituli Sancti Silvestri praesbyter cardinalis Mignanellus nuncupatus in jus et locum ipsius Hieronymi cardinalis, qui postmodum cessit, apostolica auctoritate surrogatus et substitutus fuerit Nos cupientes sententias et litteras executoriales, ac relaxationem sequestri hujusmodi suum, ut par est, sortiri effectum, et ipsum Fabium cardi-

[1] ARCH. NAC., Collecç. de Bullas, Maç. 25, num. 50. — *Sobrescrito:* Charissimo in Christo filio nostro Johanni Portugalliae et Algarbiorum Regi Illustri.

sustentari possint et ad diligentius curam animarum eis injunctam exercendam invitentur cupiat portiones rectoribus reservatas prefatas in dictis ecclesiis usque ad summam centum ducatorum auri largorum ultra oblationes pé do altar et maon bejada nuncupatas augere licet hoc propria auctoritate facere posse credat et felicis recordationis Julius papa III ad ejusdem Celsitudinis Vestre instantiam et preces ac ex causis tunc expressis in singulis preceptoriis dicte militie quarum fructus ducentorum quinquaginta ducatorum auri largorum valorem annuum non excederent portionem annuam centum ducatorum similium pro singulis ecclesiarum preceptoriarum earundem rectoribus seu perpetuis vicariis reservari mandaverit et residuos earundem preceptoriarum fructus portione centum ducatorum deducta cum primum ipse preceptorie vacarent per Celsitudinem Vestram vel alium seu alios propria auctoritate percipiendos et in expensis bellorum contra infideles convertendos licentiam Celsitudini Vestre concesserit Nihilominus ut omnibus parrochialibus ecclesiis predictis si non in tanta quantitate saltim in ea qua fieri poterit portio prefata augeri possit et ad omne dubium tollendum supplicari fecit humiliter Celsitudo Vestra sibi super his per sedem apostolicam de opportuno remedio misericorditer provideri Nos igitur dictarum litterarum tenores ac si de verbo ad verbum insererentur presentibus pro sufficienter expressis habentes hujusmodi supplicationibus inclinati auctoritate domini pape cujus penitenciarie curam gerimus et de ejus speciali mandato super hoc vive vocis oraculo nobis facto Celsitudini Vestre vestrisque successoribus Portugallie et Algarbiorum Regibus in perpetuum ut ex nunc aut quando Celsitudini Vestre et successoribus suis prefatis placuerit in singulis parrochialibus ecclesiis quarum bona et jura per dictas litteras Leonis x dismembrata et pro dote dictarum preceptoriarum applicata fuerint cujuscunque annui valoris existant sive ad dictum valorem ducentorum quinquaginta ducatorum ascendant vel non ascendant aut ipsum valorem excedant portionem rectoribus seu perpetuis vicariis earundem per easdem litteras ut premittitur reservatas usque ad summam centum ducatorum auri pro qualibet vel minus prout Celsitudini Vestre et successoribus vestris prefatis visum fuerit dummodo summam a principio reservatam excedat augere ipsamque portionem centum ducatorum vel minus ut prefertur pro singulis earundem ecclesiarum rectoribus seu perpetuis vicariis per eos ultra oblationes pé do altar et maon bejada nuncupatas propria auctoritate percipiendam reservare et assignare dummodo in dictis ecclesiis sub dicta

concessione felicis recordationis Julii pape III comprehensas portiones centum ducatorum minores non reserventur libere et licite possitis et valeatis tenore presentium concedimus et indulgemus Ipsosque rectores seu vicarios ecclesiarum predictarum pro tempore existentes perpetuis futuris temporibus portiones eis vigore presentium reservandas ultra oblationes prefatas annuatim percipere posse et debere Sicque per quoscunque judices et personas sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi interpretandi et diffiniendi facultate et auctoritate judicari interpretari et deffiniri debere ac irritum et inane quicquid secus a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus Quocirca venerabilibus in Christo patribus Dei gratia Sanctio de Noronha moderno Leriensi et Gaspari Funchalensi episcopis et pro tempore existentibus earundem Leriensi et Funchalensi ecclesiarum episcopis vel eorum in spiritualibus vicariis seu officialibus generalibus ac discreto viro curie causarum camere apostolice generali auditori vel ejus in civilibus locumtenenti eisdem auctoritate et mandato committimus et mandamus quatenus eidem Celsitudini Vestre vestrisque successoribus ac rectoribus prefatarum ecclesiarum respective in premissis efficacis defensionis presidio assistentibus faciant eandem Celsitudinem Vestram et successores suos ac nunc et pro tempore existentes ecclesiarum prefatarum rectores prefatos indulto concessione et aliis premissis pacifice frui et gaudere non permittentibus eandem Celsitudinem Vestram et eos desuper per quoscunque tam ecclesiasticos quam seculares judices et personas cujuscunque status gradus ordinis vel conditionis existant et quacunque etiam pontificali prefulgeant dignitate vel auctoritate etiam apostolica fungantur publice vel occulte tacite vel expresse quovis quesito colore vel ingenio quomodolibet indebite molestari perturbari vel quomodolibet inquietari contradictores quoslibet et rebelles per censuras ecclesiasticas et alia juris opportuna remedia appellatione postposita compescendo invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis Non obstantibus premissis et apostolicis ac in provincialibus et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus dicteque militie etiam juramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus stabilimentis usibus et naturis privilegiis quoque indultis et litteris apostolicis eidem militie illiusque magno magistro militibus et personis quomodolibet forsan concessis Quibus omnibus illorum tenores ac si de verbo ad verbum insererentur presentibus pro sufficienter expressis ha-

bentes illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus ceterisque contrariis quibuscunque. Datum Rome apud Sanctum Petrum sub sigillo officii penitenciarie III Nonas Martii Pontificatus domini Pauli pape III Anno Primo [1].

Bulla do papa Paulo IV

1556—Março 8

Bulla Plenarie Indulgentie per Sanctissimum Dominum Nostrum Paulum Divina providentia Papae IIII concesse Christifidelibus pro pace concludenda inter Principes Christianos, praecantibus

Paulus Episcopus Servus Servorum Dei. Universis Christifidelibus praesentes litteras inspecturis Salutem et Apostolicam Benedictionem. Ab initio Pontificatus nostri cum videremus totam Rempublicam Christianam bellorum turbinibus labefactari id imprimis Deum praecari sumus, ut liceret nobis aliquando pacem inter Principes Christianos, aliqua ratione sperare, qua sedatis eorum discordiis divinis beneplacitis liberius vacare, et gregem dominicum nostrae curae creditum, ad semitas iustitie efficacius reducere valeremus. Verum cum iam nobis aliqua elucescat spes, qua indutiae inter ipsos Principes iniri posse videntur, existimavimus, si unquam faciendum fuit hoc praesertim Deo acceptabili et salutis tempore ad Dominum Nostrum Jesum Christum recurrendum esse, et ab eo summis precibus contendendum, ut praedictis Principibus non solum inducias ineundi, sed etiam perpetuam pacem inter se firmandi, mentem et animum impartiri, dignetur. Quare considerantes omnipotentem Deum id quod interdum unius precibus non concedit, multiplicatis intercessoribus, saepe largiri, et sacris litteris edocti ieiunio, et fletu, ac orationibus in pura fide et sincera charitate, exhibitis Dei iram averti, et eius gratiam comparari consuevisse, auctoritate Apostolica nobis desuper concessa, ex parte omnipotentes Dei, et per viscera illius misericordiae, omnes et singulos utriusque sexus Christifideles seculares, et ecclesiasticos etiam cuiusvis ordinis regulares, et reclusos ac in communi viventes, per universum orbem exi-

[1] Arch. Nac., Maç. 10 de Bullas, num. 6.

stentes, hortamur et in Domino requirimus, ut infra triduum post publicationem praesentium, tam in alma Urbe nostra, quam in quibuscunque aliis Civitatibus, Terris et locis ipsius orbis factam, seu postquam eodem praesentes litterae ad eorum notitiam pervenerint, ad ipsum Dominum Jesum Christum humili corde conversi, conscientiam suam diligenti studeant, examinatione discutere, et purissimam omnium peccatorum suorum confessionem facere, ac ultra generale praesentis Quadragesimae, ieiunium orationibus et elemosinarum erogationibus, seu aliis piis operibus iuxta eorum conscientiam sive Sacerdotum quibus peccata sua confitebuntur, salutare consilium vacare, necnon illi quibus praesentes post proximum festum Paschalis Resurrectionis Dominice innotescent, etiam ultra premissa quarta et sexta feriis, necnon sabbato immediate sequentibus, si in etate legitima constituti fuerint, et iusto impedimento detenti non sint, ieiunare, et tam illi, quam alii supradicti eidem Jesu Christo Deo ac Domino nostro supplicare precibusque ac fletu ad eius sanctissimos pedes provoluti petere, et rogare ut eisdem Principibus atque omni fideli Populo miseriarum calamitatumque finem, et concordiam, ac pacem largiri velit, Dominica vero deinceps sequenti sacratissimam Eucharistie communionem, piè et devotè percipiant, ac quae ad pietatem charitatem, et castitatem pertinent, toto pectore atque animo exerceant, quo magis eiusdem Dei, et Domini nostri clementissimi misericordiam promoveant, utque id purius, et commodius facere possint, Christifidelibus supradictis ut hac vice tantum Confessorem eligere valeant, presbiterum secularem seu cuiusvis ordinis regularem qui eorum confessione diligenter audita, eos et eorum quemlibet a quibuscunque peccatis quantumcunque gravibus, et enormibus, etiam sedi Apostolice reservatus, et in Bulla quae in die Cenae Domini legi consuevit contentis, ac censuris quas propterea incurrerint iniuncta inde eis pro modo culpae poenitentia salutari, absolvere, et vota quaecunque per eos emissa (Ierosolimitanis et Castitatis ac Religionis votis duntaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare possit, dicta auctoritate concedimus et indulgemus, omnibus nihilominus Christifidelibus supradictis pro particularis poenitentiae satisfactione in remissionem peccatorum suorum specialiter iniungentes, ut tam in Dominica communionis, quam in triduo orationum seu elemosinarum, et piorum operum ac ieiunii hujusmodi Orationem Dominicam et Salutationem Angelicam, quinquies devote recitent. Nos enim omnibus et singulis Christifidelibus praedictis qui praemissa adimpleverint de Omnipotentis Dei Misericordia, et Beatorum Apostolo-

rum eius auctoritate, et meritis confisi, plenissimam peccatorum suorum remissionem, et eam quae Christifidelibus ecclesias dicte Urbis et extra eam ad id deputatas Anno Jubilei concessa est misericorditer in domino elargimur, et ut haec omnia ad cunctorum notitiam perveniant, et misericors Dominus a pluribus exoretur, omnibus Venerabilibus Fratribus Nostris Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, et aliis ecclesiarum Praelatis in virtute Sancte obedientiae, districtè precipiendo mandamus ut praesentes litteras seu earum transumptum manu alicuius Prelati, seu persone in dignitate ecclesiastica, constitutè subscriptum, cui omnimodam fidem adhiberi volumus, ubique per eorum Provincias Civitates, et Dioceses, gratis, et absque ulla fraude, vel questu, publicent, et publicari faciant cum effectu. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, Caeterisque contrariis quibuscunque, praesentibus post Dominicam supradictam minimè valituris. Datum Romae apud Sanctum Pętrum Anno Incarnationis Dominicae Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo quinto Octavo Idus Martii, Pontificatus Nostri Anno Primo.—*Barengus* [1].

Bulla do papa Paulo IV a el-Rei

1556—Março 9

Paulus episcopus servus servorum Dei Charissimo in Christo filio Joanni Portugalie et Algarbiorum Regi Illustri salutem et apostolicam benedictionem Gratie divine premium et humane laudis preconium acquiritur si per seculares principes ecclesiarum prelatis presertim pontificali dignitate preditis opportuni favoris presidium et honor debitus impendatur Hodie siquidem ecclesie Funchalensis tunc ex eo quod venerabilis frater noster Gaspar episcopus nuper Funchalensis regimini et administrationi dicte ecclesie cui tunc preerat in manibus nostris sponte et libere cessit nosque cessionem ipsam duximus admittendam pastoris solatio destitute de persona dilecti filii Georgii electi Funchalensis nobis et fratribus nostris ob suorum exigentiam meritorum accepta de fratrum eorundem consilio apostolica auctoritate providimus ipsumque illi in episcopum prefeci-

[1] Arch. Nac., Maç. 14 de Bullas, num. 4.—*Impresso.*

mus et pastorem curam et administrationem ipsius ecclesie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur Cum itaque fili charissime sit virtutis opus Dei ministros benigno favore prosequi ac verbis et operibus pro regis eterni gloria venerari Majestatem tuam Regiam rogamus et hortamur attente quatenus eundem Georgium electum et prefatam ecclesiam sue cure commissam habens pro nostra et apostolice sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis juribus suis sic eos benigne favoris auxilio prosequaris quod idem Georgius electus Tue Celsitudinis fultus presidio in commisso sibi cure pastoralis officio possit Deo propicio prosperari ac tibi exinde a Deo perennis vite premium et a nobis condigna proveniat actio gratiarum. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominice Millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto Septimo Idus Martii Pontificatus nostri Anno Primo [1].

Carta do commendador-mór a el-Rei

1556—Março 12

Senhor—Havendo scrito a Vossa Alteza por Luis de Matos que partio em dezasete de janeiro nom tive tempo de responder a todolos negocios. E depois por via de Lião avisei Vossa Alteza em onze de fevereiro de tudo o que se offrecia, e agora que vay Antonio Coresma com a spedição dos mosteiros responderei a parte do que Vossa Alteza me mandou screver por Francisco Ferreira que chegou em vinte dottubro como tenho scrito a Vossa Alteza e asi irei dando razão delles por esta e outras nas quaes tambem avisarei Vossa Alteza de tudo o mais que he socedido depois das ultimas minhas ategora.

E as cartas que Francisco Ferreira trouxe era hũa de vinte oito dagosto com hũas para o geral de São Domingos e para frei Tomas Manrrique de que tenho enviado suas repostas a Vossa Alteza por Luis de Matos e hum duplicado por via de Genoa que cuido que ja Vossa Alteza deve ter recebido.

[1] Arch. Nac., Maç. 7 de Bullas, num. 22.

Outras duas de trinta e hum do mesmo sobre resgatar Bastião Criado que sta no Cayro, polas galeaças venezianas que partirão para levante em vinte hum do passado mandei ja recado para iso espero que cedo vira reposta bem que os dias passados nom acabavão de sair do canal por nom terem tempo porem sta isto encomendado a pessoa que por ventura o havera por milhor preço que o Unto Spanha e fara nisto mais diligentia porque reside no Cayro e como tiver recado o enviarey a Vossa Alteza ou quiça com o mesmo Bastião Criado porque tenho dado ordem que resgatandosse venha logo ainda que os dias passados screvi ao Spanha.

Quanto a coadjutoria para Felipe de Barros Sua Santidade nom se tem resoluto em nas dar ategora nem se fara ate saber se hão de pagar composição e as cousas da reformação stão tão de vagar que cuido que tarde terão fim, segundo vão longas e inresolutas neste pontificado as materias de spedições, e todavia provara eu fallar nisto mas diz me Antonio de Barros que este Felipe de Barros nom passa de oito annos, eu screvo sobre iso largo a Jorge da Silva para que me mande a informação necessaria e saiba como me ei de governar neste negocio e elle podera dar disto a Vossa Alteza mais larga conta.

Outra carta de Vossa Alteza recebi de trinta sobre confirmar o prazo de Dom Diogo de Meneses e se remete Vossa Alteza a informação que se me manda e nella nom diz se se paga foro a estes qua perguntão que direito Vossa Alteza tem de poder dar este prazo porque ainda que possa apresentar o mosteiro nom por iso pode conferir os prazos delle e mais stando isto ja dado a universidade e porque como digo na informação nom da ninhũa razão disto he necessario que Vossa Alteza mande que se satisfaça a estas duvidas ou se tomarei a confirmação de consenso da universsidade e sobre iso screvo largo a dom Diogo.

Quanto a demanda que Lucas dOrta faz a dom Fernando de Meneses eu lhe screvo largo sobre iso porque o seu procurador me disse que a queria remeter em Rota e que agora era scusado porme por parte de Vossa Alteza e da ordem spero a ver o que faz e então me porei a ella como me Vossa Alteza ordena e porque Lucas dOrta tem dado aqui algũas testimunhas segundo me dizem a sua vontade screvo a dom Fernando que faça la algũas diligentias que poderão servir pollo tempo e em tanto se fara qua o necessario e nom no tive de ver os interrogatorios e o que dizem as testemunhas partido este o farey.

No que me Vossa Alteza screve sobre Miguel dAzevedo lhe tenho

respondido quão mal informarão Vossa Alteza em dizer que impetrara certo modo hũa igreja que stava anexa ao mosteiro de freiras da terceira ordem em Braga e porque elle me diz haver enviado a suplicação para se mostrar a Vossa Alteza me nom pareceo deitalo de casa ate sperar a segunda jusão de Vossa Alteza e cuido que asi ho havera por seu serviço.

Quanto ao que Vossa Alteza diz acerca dos abbitos que pede o duque de Ferrara para dous gentis homens e quanta concientia se lhe faz dallos a strangeiros Vossa Alteza tem muita razão e ja a alguns cardeais dei esta reposta e nom ma aceitarom dizendo que como havia Vossa Alteza de negarlhes cousa tão leve pois o servião e nom lhes dava pensões nem outras cousas como fazião os outros principes antes elles lhe davão servidores alem de lhe serem tambem por iso e mormente homens que podião amenhaã serem cardeais e terem outros officios e fazerem se lhe suditos para em qualquer cousa servirem Vossa Alteza a sua custa e em verdade que eu me corri e tambem porque são pesoas que se hão mister cada ora, e ainda isto poderia passar mas temo que abrão hũa porta a penitentiaria para os dar como fizerão a alguns antes de minha vinda que depois de feita nom sei quão boa seria de çarrar nem quanta reputação daria ao serviço de Vossa Alteza se se fizer, e o que nom duvido que nom sera pequeno trabalho defender isto e ainda praza a Deus que com elle se remedie, e Vossa Alteza me perdoe dizer isto asi que me parecia se nom no fizesse que erraria a seu serviço pollo que vejo que cumpre a elle e são estas materias que pesando pouco dão as vezes muito pesar, porem se todavia Vossa Alteza ouver por seu serviço que lhes dee esta reposta fallo ei com protestação do que arriba digo mormente que nom ha muitos dias que a condesa de Montorio me pedia que nom fosse contra lhe darem hum na penitentiaria e eu a desenganei e por ventura este respeito que se me agora tem nom sei se se tera a outro. Vossa Alteza o considere e me ordene o que for seu serviço.

Do que pasei com o papa quando lhe dei o recado de Vossa Alteza sobre sua criação e asi da oração e obedientia por diversas vias e por Luis de Matos screvi largo a Vossa Alteza e por iso scuso de repetilo aqui.

Quanto as pensões para a inquisição sobre os bispados que se hão de propor que Vossa Alteza diz que parece que cessa a razão da composição que lhe screvi e que se deve fazer esta desmembração e applicação ao propor delles Vossa Alteza mande ver minhas cartas e achara que eu fui o que lho screvi e que por esta via nom haveria composição, e quanto

a derrogação da regra de nom prestando consenso he scusada n esta parte porque quando vem por dismembração o papa soe gravalos sem esta clausula ao tempo da proposição e isto ja sta posto nas cedulas para quando se propuserem e como passarem estas dos bispados darei ordem para que se proponha a pensão de Miranda por suplicação porque ey medo se o papa negar esta nom impida as outras mas nom sei se sera necessario procuração do bispo, provarei se sem iso pode passar.

Quanto as pensões do bispo do Funchal e doctor Antonio Pinheiro ja estão postas na cedula da Guarda, e he scusado derrogar a regra de non prestando consenso, porque se iso fosse nom correrião senão desde o dia da proposição do bispado.

Quanto aos instromentos para se provar serem legitimos frei Francisco Coresma e frei Jorge de Lemos que Vossa Alteza diz que trabalhe por scusarsse isto outra vez pois basta a sua informação eu disse iso a Santa Flor logo quando vim e respondeo me que nom pode sair do stillo da corte porque Vossa Alteza n isto nom podia ter mais informação que a que lhe elles dão e que ha mister fazer processo por testemunhas porem tornar lh o ey a dizer outra vez como Vossa Alteza m o screve e fazendo o trabalho sera de que me tirarei que ate qui sempre o levo em buscar testemunhas para com ellas fazerem seus processos decernidos e do que n isto me responder screverey a Vossa Alteza cuja vida e real stado noso Senhor por longos annos guarde e prospere e a seu santo serviço acrecente como Vossa Alteza deseja e eu peço a Deus de Roma a XII de março de 1556.

As reaes mãos de Vos alteza beyja — *O comendador mor dom Affonso* [1].

[1] Arch. Nac., Corp. Chron., Part. 1.ª, Maç. 97, Doc. 101. — *Sobrescrito:* A el Rey Meu Senhor.

Carta do commendador-mór a D. Duarte d'Almeida, embaixador de Portugal em Castella

1556—Março 12

Senhor—Coesta sera hum paquete pera elRey se Vossa Senhoria nom tiver sabido certo que has naos da India são partidas a ora que lhe forem dadas me faça merce que despache hũa stafeta com toda a deligencia posivel pera que leve a Sua Alteza estas cartas que vão certas bullas que se hão de mandar a India, e isto se emtende se Antonio Coresma não for pasado porque ele leva hum duplicado e ste vay porque poderia ser que achase algũa boa comjunção pera ser la primeiro e escrevo que fação hũa ventage de Genoa ate y de vinte ducados se chegar ho penultimo deste ou antes e derem estas cartas a Vossa Senhoria, e porque por Antonio Coaresma screvo largo esta so seja por aviso, e Nosso Senhor sua muito magnifica pessoa guarde e vida acrecente com ho contentamento que deseja a que beijo as mãos de Roma a XII de março 1556.

Servidor de Vosa Senhoria—*O comendador mor dom Affonso*[1].

Bulla da penitenciaria a el-Rei

1556—Março 17

Serenissimo Principi domino Joanni Portugallie et Algarbiorum Regi Illustri Raynutius miseratione divina tituli Sancti Angeli presbyter cardinalis salutem et sinceram in Domino charitatem Exhibita nobis nuper pro parte Celsitudinis Vestre per dilectum nobis in Christo nobilem virum Alfonsum dAlencastro preceptorem maiorem militie Jesu Christi Vestre Celsitudinis consobrinum et pro eo apud sedem apostolicam oratorem petitio continebat Quod alias postquam recolende memorie Infans Henri-

[1] ARCH. NAC., Corp. Chron., Part. 1.ª, Maç. 97, Doc 114.—*Sobrescrito:* Ao muito magnifico Senhor ho Senhor Dom Duarte dAlmeyda embaxador de Portugal na Corte de Castella etc. Meu Senhor.

cus clare memorie Joannis hujus nominis primi Portugallie et Algarbiorum Regis filius et gubernator ac perpetuus administrator militie Jesu Christi cujus industria et commissione insule que da Madeira Porto Santo Terceiras alias dos Azores do Cabo Verde et de Sam Thome do Principe et Guinee nuncupantur in mari oceano reperte et seu discoperte fuerant et in predictis ac forsan pluribus aliis insulis et etiam partium Aphrice et Mauritanie necnon Portugallie et Algarbiorum regnorum civitatibus oppidis villis et locis ditioni Celsitudinis Vestre subjectis diversas ecclesias et seu capellas erexerat et construxerat seu erigi et construi mandaverat in suo testamento seu ultima voluntate statuit et ordinavit quod in qualibet ex ecclesiis et seu capellis per eum ut prefertur institutis et pro tempore instituendis una missa de beata Maria Virgine singulis sabbati diebus pro ejus anime salute perpetuo celebraretur et ex fructibus redditibus et proventibus magistratus ipsius militie quos in eisdem insulis et locis obtinebat capellanis seu presbyteris missas prefatas pro tempore celebrantibus satisfieret Ac ut rectius voluntas exequeretur prefectum alcaide moor nuncupatum ville de Thomar cui pro laboribus decem modia tritici et ordei singulis annis reliquit in administratorem cum onere celebrari faciendi easdem missas instituit et deputavit rogans Portugallie et Algarbiorum Reges et ejusdem militie administratores seu gubernatores pro tempore existentes ut voluntatem predictam adimpleri mandarent et alias prout in dicto testamento plenius dicitur contineri In qua permanens voluntate dictus Infans sicut Domino placuit ab humanis decessit Post cujus obitum per dictum administratorem diligentia que fieri potuit ad se certiorem reddendum si misse prefate celebrarentur et voluntas dicti Infantis adimpleretur adhibita fuit Ipse tamen cum in regno Portugallie resideat et eisdem diligentiis ob locorum distantiam personaliter adesse non possit veram noticiam habere nequivit Quapropter ne voluntas ejusdem Infantis defraudata remaneat eadem Celsitudo Vestra que unum perpetuum collegium clericorum trium militiarum videlicet Jesu Christi Sancti Jacobi et d Avis nuncupatum in Universitate Colimbriensi in quo clerici ipsi litteris operam dare et postquam sufficientes et idonei effecti fuerint habitus dictarum militiarum suscipere et professionem emittere possint erexit et instituit cuperet missas prefatas in dictis ecclesiis et seu capellis per ipsum Infantem diebus sabbati celebrari ordinatas per clericos collegiales dicti collegii pro tempore existentes singulis sabbati vel aliis diebus per ipsius collegii rectores deputandis celebrari eisque et eorum collegio omne id et

quicquid capellanis seu presbyteris predictis ratione celebrationis dictarum missarum solvi consuevit necnon de consensu moderni administratoris hujusmodi decem modia tritici et seu ordei administratori prefato ratione sue administrationis debita cum prefata Celsitudo Vestra quod visitatores et rectores ejusdem collegii pro tempore existentes onus adimpleri faciendi voluntatem prefati Infantis seu si illa adimpleatur inquirendi susciperent ordinaverit perpetuo per sedem apostolicam applicari et appropriari super quibus supplicari fecit humiliter dicta Celsitudo Vestra sibi per sedem eandem de opportuno remedio misericorditer provideri Nos igitur missarum hujusmodi numerum et dicti testamenti ac aliorum hic forsan de necessitate exprimendorum tenores ac si de verbo ad verbum insererentur presentibus pro plene et sufficienter expressis habentes Vestre Celsitudinis supplicationibus inclinati auctoritate domini pape cujus penitenciarie curam gerimus et de ejus speciali mandato super hoc vive vocis oraculo nobis facto ut misse prefate per dictum Infantem in eisdem insulis partibus et locis illarumque ecclesiis et seu capellis ut prefertur institute et per earum capellanos seu presbyteros diebus sabbati celebrari ordinate per clericos collegiales ipsius collegii pro tempore existentes singulis sabbati vel aliis diebus per illius rectores deputandis et ordinandis de cetero perpetuis futuris temporibus celebrari possint et debeant Celsitudini Vestre et Portugallie ac Algarbiorum Regibus pro tempore existentibus cum in dictis partibus sufficiens numerus missarum existat tenore presentium perpetuo indulgemus ac ad id plenam et liberam facultatem ac auctoritatem concedimus et impartimur fructusque redditus et proventus capellanis seu presbyteris prefatis ratione celebrationis earundem missarum necnon decem modia tritici et seu ordei prefato administratori ratione sue administrationis relicta et assignata ac pro tempore debita eidem collegio et collegialibus clericis missas prefatas pro tempore celebrantibus applicamus et appropriamus unimusque ac annectimus et incorporamus Easdemque missas non ulterius in prefatis insulis partibus et locis per capellanos seu presbyteros illarum ecclesiarum sed de cetero per dictos clericos collegiales celebrari et nichilominus voluntati ipsius Infantis satisfecisse censeri Sicque per quoscunque judices et commissarios quavis auctoritate fungentes sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi interpretandi et diffiniendi facultate et auctoritate judicari interpretari et diffiniri debere irritum quoque et inane quicquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari

decernimus voluntatem dicti Infantis in et quo ad hoc quantus opus sit commutandi Quocirca venerabilibus in Christo patribus Dei gratia Ulixbonensi et Elborensi Archiepiscopis ac Episcopo Colimbriensi eorumque et cujuslibet ipsorum in spiritualibus vicariis seu officialibus generalibus et eorum cuilibet eisdem auctoritate et mandato committimus et mandamus quatenus per se vel alium seu alios Celsitudini Vestre ac Regibus et clericis prefatis in premissis efficacis defensionis presidio assistentes faciant Celsitudinem Vestram et Reges ac clericos predictos indulto concessione applicatione appropriatione unione annexione et incorporatione necnon decreto et commutatione aliisque premissis pacifice frui et inviolabiliter gaudere non permittentes Celsitudinem Vestram et Reges ac clericos prefatos super premissis vel eorum occasione per locorum ordinarios vel eorum officiales aut dictarum ecclesiarum et seu capellarum capellanos aut presbyteros et administratorem predictos seu quoscunque alios tam ecclesiasticos quam seculares judices et personas cujuscunque dignitatis status gradus ordinis vel conditionis fuerint et quacunque etiam pontificali prefulgeant dignitate vel auctoritate etiam apostolica fungantur publice vel occulte tacite vel expresse directe vel indirecte quovis quesito colore vel ingenio molestari perturbari aut alias quomodolibet inquietari contradictores quoslibet et rebelles per censuram ecclesiasticam et alia juris opportuna remedia appellatione postposita compescendo invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis Non obstantibus ultima voluntate predicta et quibusvis apostolicis ac in provincialibus et sinodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus ceterisque contrariis quibuscunque. Datum Rome apud Sanctum Petrum sub sigillo officii penitenciarie xvi kalendas Aprilis Pontificatus domini Pauli pape iii Anno Primo [1].

[1] Arch. Nac., Maç. 1 de Bullas, num. 6.

Bulla do papa Paulo IV a el-Rei

1556—Março 23

Paulus episcopus servus servorum Dei Charissimo in Christo filio Joanni Portugallie et Algarbiorum Regi Illustri salutem et apostolicam benedictionem Gratie divine premium et humane laudis preconium acquiritur si per seculares principes ecclesiarum prelatis presertim pontificali dignitate preditis opportuni favoris presidium et honor debitus impendatur Hodie siquidem ecclesie Egitaniensis tunc per obitum bone memorie Christophori olim Episcopi Egitaniensis extra Romanam curiam defuncti pastoris solatio destitute de persona dilecti filii Joannis Electi Egitaniensis nobis et fratribus nostris ob suorum exigentiam meritorum accepta de fratrum eorundem consilio apostolica auctoritate providimus ipsumque illi in Episcopum prefecimus et pastorem curam et administrationem ipsius ecclesie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur Cum itaque fili charissime sit virtutis opus Dei ministros benigno favore prosequi ac verbis et operibus pro Regis eterni gloria venerari Maiestatem tuam regiam rogamus et hortamur attente quatenus eundem Joannem Electum et prefatam ecclesiam sue cure commissam habens pro nostra et apostolice sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis juribus suis sic eos benigni favoris auxilio prosequaris quod idem Joannes Electus tue celsitudinis fultus presidio in commisso sibi cure pastoralis officio possit Deo propitio prosperari ac tibi exinde a Deo perennis vite premium et a nobis condigna proveniat actio gratiarum. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominice Millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto Decimo Kalendas Aprilis Pontificatus nostri Anno Primo [1].

[1] Arch. Nac., Maç. 24 de Bullas, num. 7.

Breve do papa Paulo IV a el-Rei

1556—Março 27

Paulus Papa IIII—Charissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Renunciavit nobis Dilectus filius Nobilis Vir Alfonsus ab Alencastro, Orator apud nos tuus de bonae memoriae Ludovico, Infante Portugalliae, Serenitatis tuae Germano, proxime hac vita defuncto. Nos vero, pro eo animi affectu, quo te totamque tuam illustrem Regiamque familiam paterne diligimus, aegre quidem id tulimus, ac permoleste; tali enim fratre ac tanto viro amisso, quantum eum fuisse nobis testati omnes sunt, quo in luctu ac moerore relicti omnes fueritis considerare facile possumus; sed cum Serenitatis tuae prudentia et virtus casus hos quantumvis graves, constanter perferre, hasque animi perturbationes satis per se ipsa sedare solita sit; neque nobis, neque cuiquam magnopere laborandum est, ut te consolemur: cumque pro certo habeamus, Dominum Deum nostrum, qui totius est pater consolationis, Serenitati tuae sibi vere fideli ac dilectae, ita his in rebus ut in ceteris perpetuo adesse; nec nisi tum, cum id maxime opportunum fuit, tuum ad se fratrem vocasse te cum omnibus tuis in ejus voluntate conquievisse minime dubitamus. Quemadmodum, et nos etiam vobiscum facimus, Divinamque Majestatem pro ejusdem fratris tui salute ac beatitudine vestrumque omnium qui ei estis superstites, quiete et felicitate assidue precamur. Has autem literas scripsimus, non necessitatis quidem ullius, sed ejus benivolentiae causa, quam et hoc tuo tempore et semper quovis officii genere Serenitati tuae cupimus declarare. Ut cum eodem oratore copiosius locuti sumus. Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris. Die XXVII Martii M.D.LVI. Pontificatus Nostri Anno Primo [1].

[1] ARCH. NAC., Maç. 37 de Bullas, num. 63. — *Sobrescrito:* Charissimo in Christo filio nostro Joanni Portugalliae et Algarbiorum Regi illustri.

Bulla da penitenciaria a el-Rei

1556—Março 28

Serenissimo Principi domino Johanni Dei gratia Portugallie et Algarbiorum Regi Raynutius miseratione divina tituli Sancti Angeli presbyter cardinalis salutem in Domino Solet apostolica sedes personas eidem devotas presertim supremos principes quanto magis eorum devotio crescere conspicitur tanto maioribus gratiis et favoribus remunerare Exhibite siquidem nobis nuper pro parte Celsitudinis Vestre per dilectum in Christo illustrem virum Alfonsum de Alencastro ejusdem Celsitudinis Vestre nepotem et apud sedem apostolicam oratorem petitionis series continebat Quod alias postquam felicis recordationis Leo papa x ad assidua bella que clare memorie Emanuel Portugalie et Algarbiorum Rex cum militibus militie Jesu Christi Cisterciensis ordinis cujus perpetuus administrator per sedem apostolicam deputatus existebat contra infideles fortiter gesserat et totis viribus gerere intendebat respectum habens ut multiplicato militum numero ipse Emanuel Rex bellum adversus eosdem infideles maiori robore prosequi posset tot preceptorias dicte militie quot idem Emanuel Rex intra terminum unius anni ex tunc computandum duceret exprimendas prout cum effectu expressit in militia hujusmodi erexerat ac diversa bona et jura ad certam tunc expressam summam ascendentia nonullarum parrochialium ecclesiarum Portugalie et Algarbiorum regnorum etiam infra tunc expressum terminum declaranda prout etiam declaravit reservata tamen pro singulis earundem ecclesiarum rectoribus saltim portione annua sexaginta ducatorum dismembraverat et separaverat illaque sic dismembrata et separata preceptoriis sic electis prefatis portionabiliter pro earum dotibus perpetuo applicaverat et appropriaverat dictoque Emanueli et pro tempore existenti Portugalie et Algarbiorum Regi singulos milites ad preceptorias ipsas nominandi facultatem concesserat per quasdam et deinde per alias suas litteras portionem predictam moderando ejus loco inde nonnullis unam triginta quinque in aliam quadraginta in reliquis vero aliam quinquaginta ducatorum similium portiones ex singulis earundem ecclesiarum fructibus pro singulis illarum rectoribus reservaverat sedi apostolice pro parte Celsitudinis Vestre qui militie predicte perpetuus admi-

nistrator existitis exposito quod licet preceptores et milites preceptorias ipsas pro tempore obtinentes et ad illas ut prefertur nominati bellis contra infideles pro tempore gerendi juxta erectionem predictam interesse deberent Nichilominus quia fructus redditus et proventus aliquarum ex parrochialibus ecclesiis hujusmodi adeo tenues existant quod deducta ex eis portione annua eisdem rectoribus ut prefertur reservata ad ipsorum preceptorum sustentationem juxta eorum qui ut plurimum ex nobilibus parentibus orti et alias benemeriti existunt status et conditionis condecentiam non sufficiebant quamplures ex dictis preceptoribus bellis hujusmodi prout tenerentur se accingere et illis interesse nequibant et in eadem expositione subjuncto quod si omnium et singularum preceptoriarum dicte militie quibus bona et jura parrochialium ecclesiarum hujusmodi ut prefertur applicata et appropriata fuerant et quarum singularum fructus redditus et proventus ducentorum quinquaginta ducatorum auri largorum secundum communem extimationem valorem annuum non excederet omnia et singula fructus redditus et proventus jura obventiones et emolumenta deducta prius ex eis pro ipsarum parrochialium ecclesiarum rectoribus seu perpetuis vicariis portione annua centum ducatorum similium per eosdem rectores seu vicarios perpetuos annis singulis una cum oblationibus pe do altar et maon bejada nuncupatis propria auctoritate percipiendas cum primum preceptorie ipse vacarent in expensis bellorum per Celsitudinem Vestram contra eosdem infideles pro tempore gerendorum arbitrio Celsitudinis Vestre converteretur bella ipsa diligentius et commodius gererentur ac eadem Celsitudo Vestra in bellorum hujusmodi supportandis oneribus aliquod susciperet relevamen eadem Celsitudo Vestra quasdam litteras ab apostolica sede obtinuit per quas eidem Celsitudini Vestre ut omnium et singularum preceptoriarum dicte militie quibus bona et jura parrochialium ecclesiarum predictarum ut prefertur applicata et appropriata fuerant et quorum fructus redditus et proventus jura obventiones et emolumenta ducentorum quinquaginta ducatorum auri largorum secundum communem extimationem valorem annuum non excederit omnia et singula fructus redditus proventus jura obventiones et emolumenta deducta prius ex eis pro ipsarum ecclesiarum rectoribus seu perpetuis vicariis portione annua centum ducatorum similium per eosdem rectores seu vicarios perpetuos annis singulis una cum oblationibus preditis propria auctoritate percipiendas cum primum preceptorie ipse per cessum vel decessum seu quamvis aliam ammissionem vel dimissionem illarum precepto-

rum vacarent per Celsitudinem Vestram vel alium seu alios propria auctoritate ordinarii loci vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita exigere et levare ac in expensis bellorum per Celsitudinem Vestram seu vestro nomine contra dictos infideles tam terra quam mari gerendorum convertere libere et licite valeret Ita quod Celsitudo Vestra occurrente vacatione preceptoriarum hujusmodi alios milites seu preceptores ad preceptorias ipsas sic vacantes nominare minime teneretur nec ad id compelli possit apostolica auctoritate concessum et indultum extitit prout in ipsis litteris dicitur latius contineri Cum autem sicut eadem subjungebat petitio Celsitudo Vestra intendat ex residuis fructibus dictarum preceptoriarum dicta portione centum ducatorum auri ultra oblationes predictas pro quolibet rectore seu perpetuo vicario ut prefertur reservata milites in bellis contra infideles auctu inservientes et alios qui propter servitia in eisdem bellis per eos antea facta arbitrio Celsitudinis Vestre benemeriti fuerint remunerare et licet id in vim dictarum litterarum apostolicarum sibi licere Celsitudo Vestra credat nichilominus ad omne dubium tollendum et pro maiori conscientie securitate et quia in dictis litteris vobis concessis sedes prefata vestram conscientiam in hoc oneravit supplicari fecit humiliter Celsitudo Vestra sibi super his per sedem apostolicam de opportuno remedio misericorditer provideri Nos igitur dictarum litterarum apostolicarum tenores ac si de verbo ad verbum insererentur presentibus pro sufficienter expressis habentes hujusmodi supplicationibus inclinati auctoritate domini pape cujus penitenciarie curam gerimus et de ejus speciali mandato super hoc vive vocis oraculo nobis facto Celsitudini Vestre vestrisque successoribus Portugalie et Algarbiorum Regibus pro tempore existentibus in perpetuum ut sicut Celsitudo Vestra in vim litterarum apostolicarum Celsitudini Vestre ut premittitur concessarum omnia et singula fructus redditus et proventus jura obventiones et emolumenta preceptoriarum predictarum quarum fructus valorem annuum ducentorum quinquaginta ducatorum auri largorum non excedunt reservata dicta portione centum ducatorum similium pro quolibet rectore seu vicario ut premittitur in expensis bellorum contra infideles gerendorum convertere potest Ita Celsitudo Vestra vestrique successores Portugalie et Algarbiorum Reges prefati omnia et singula fructus reditus et proventus jura obventiones et emolumenta predicta portione centum ducatorum et oblationibus pe do altar et maon bejada nuncupatis pro quolibet rectore seu perpetuo vicario ut prefertur reservatis non solum in expensis bellicis juxta formam dicta-

rum litterarum verum etiam si videbitur in remunerationem seu stipendium militum seu aliarum personarum in bellis contra infideles actu inservientium ac aliorum qui propter servitia in eisdem bellis antea per eos seu eorum parentes facta arbitrio Celsitudinis Vestre vel successorum predictorum benemeriti reputati fuerint dummodo parati sint quoties vocati fuerint ad bella accedere prout in toto vel in parte seu partibus vel portionibus eorundem fructuum et emolumentorum arbitrio Celsitudinis Vestre et successorum predictorum respective convertere et de eisdem fructi bus redditibus et proventibus juribus ouventionibus et emolumentis eos remunerare libere et licite possit et valeat tenore presentium concedimus et indulgemus et tam Celsitudini Vestre quam successoribus vestris predictis licentiam et liberam facultatem impartimur Quocirca venerabilibus in Christo patribus Dei gratia Septensi et Leriensi ac Funchalensi episcopis et eorum cuilibet eisdem auctoritate et mandato committimus et mandamus quatenus Celsitudini Vestre vestrisque successoribus prefatis in perpetuum in premissis per se vel alium efficacis defensionis presidio assistentes faciant vos presentibus litteris et illarum effectu pacifice frui et gaudere nec permittant vos vel personas per vos pro tempore presentium vigore remunerandas per quoscunque quomodolibet molestari contradictores quoslibet et rebelles per censuras ecclesiasticas et alia juris opportuna remedia appellatione postposita compescendo invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis Non obstantibus premissis ac apostolicis et in provincialibus et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus dicteque militie etiam juramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis stabilimentis usibus et naturis statutis et consuetudinibus privilegiis quoque indultis et litteris apostolicis eidem militie illiusque militibus conventui et personis ac quibusvis aliis in prejudicium presentium quomodolibet concessis Quibus omnibus illorum tenores ac si de verbo ad verbum inserererentur presentibus pro sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus ceterisque contrariis quibuscunque. Datum Rome apud Sanctum Petrum sub sigillo officii penitenciarie v kalendas Aprilis Pontificatus domini Pauli pape III Anno Primo [1].

[1] Arch, Nac., Maç. 10 de Bullas, num. 2.

Carta do commendador-mór a el-Rei

1556—Março 31

Senhor—Vossa Alteza mescreveo que lhe divera mandar a conta do credito de doze mil ducados pois mo mandara para a spedição dos mosteiros quando lhescrevi que havia mister dinheiro para os acabar despedir e porque como este dinheiro nom montava mais que outro e nom stivera bem havendo outros negocios sobre que cada ora me Vossa Alteza mandava screver fazia os porque nom me parecera decoro tendo este credito remetir dinheiros de novo ou reter os negocios em quanto o dos mosteiros se nom spedia que Vossa Alteza vio quão difficultoso foi asi que nisto me parece que Vossa Alteza havera antes que acertei que não o contrairo.

Quanto a nom mandar a conta filo porque nom vi laa ninhum de quantos qua stiverão dalla senão quando tornarão ao reyno e ainda cuido que muitos a tem por dar, e se me parecera que Vossa Alteza queria que eu nisto usasse novo stillo fizera o e na verdade muitos se desconfiarão disto e eu tivera mais razão por ventura porque são tão necesittado como Vossa Alteza pode julgar pollo que tenho e gasto mas como a causa disto he andar em serviço de Vossa Alteza tenhome por mais rico que todos porque sei certo que Vossa Alteza como principe tão liberal me fara merces conformes a sua muita virtude para que eu nom ste asi pois Vossa Alteza vee o tempo e fazenda que tenho gastado em seu serviço e os que lhe tenho feito e com que vontade e sem ategora ter mais que o que ouve com minha molher e com que vim servir Vossa Alteza pasa de vinte seis annos continuos afora outros interpelados.

Pollo qual nom tão somente me nom pesa mandarme Vossa Alteza que lhe mande esta conta mas recebo niso merce para que veja Vossa Alteza que a sei dar e nom quis que fosse so dos doze mil ducados mas de tudo o mais que desde então a qua tenho recebido e porque Vossa Alteza nom na poderia ver pollo meudo envio duas hũa em que vay por partidas grossas como spedições nũa, correos noutra, e asi outros semelhantes a qual sera com esta carta que me Vossa Alteza fara merce vela e a

que vay mais pollo miudo leva Antonio Coresma portador desta, hũa cousa ou duas nom vão tão miudas porque nom ouve tempo se Vossa Alteza for servido neste meo se mandarão e fico a dever o que tomei para os bispados que passada a festa se spedirão e nesta conta poso com verdade dizer a Vossa Alteza que lhe forrei mais de cinco mil ducados em cambios e dos mosteiros e composições e outras cousas que so no do patriarca e bispos seus companheiros e coadjutores avantagei mais de mil ducados porque fiz que nom fosse em cancelaria senão por camara cousa de que aindagora os oficiaes se lamentão de mim.

Vossa Alteza me fara merce mandar me screver se sta a sua vontade e o que mais manda que faça e noso Senhor a vida e real stado de Vossa Alteza por longos annos guarde e prospere e a seu santo serviço acrecente como deseja e eu peço a Deus de Roma a XXXI de março M.D.LVI.

As reaes mãos de Vos alteza beyja — *O comendador mor dom Affonso* [1].

Carta do commendador-mór a el-Rei

1556 — Abril 1

Senhor — Porque nesoutras cartas screvo largo a Vossa Alteza esta sera so para avisar Vossa Alteza que o cardeal Montepulchano manda hum seu a requerir seu negocio acerca da pensão de que Vossa Alteza lhe tem feito merce para que a queira por num seu sobrinho á que elle deixara o que tem e me pedio screvesse sobre iso a Vossa Alteza o que fiz porque tambem na verdade no que elle pode mostra desejar fazer toda cousa de seu serviço.

